

A Hunc autem D. Ambrosii spiritum imitatum esse S. Augustinum Hipponensem Episcopum, gravissimus testis est ejus discipulus, Possidonius Calamensis Episcopus *vite Augustini, cap. 42.* Interea, inquit, dum Ecclesia pecunia deficeret, hoc ipsum populo Christiano denuntiabat, non se habere, quod indigentibus erogaret. Nam & de vasis Dominicis propter captivos, & quamplurimos indigentes, frangi quaedam, & conlari jubebat, & indigentibus dispensari. Quod non commemorasset, nisi contra carnalem sensum quorundam fieri perviderem. Et hoc ipsum etiam venerabilis memoriae Ambrosius in talibus necessitatibus indubitanter esse faciendum, & dixit, & scripsit; sed & inde de neglecto a fidelibus gazophylacio, & secretario, unde Altari necessaria inferuntur, aliquando in Ecclesia loquens, admonerat: quod etiam beatissimum Ambrosium de presente in Ecclesia tractavisse, nobis aliquando retulit.

Eandem in modum Gregorius Magnus *l. 6. epist. 13.* scribens ad Fortunatum Episcopum Panensem: Sicut reprehensibile, & ultione dignum est, ait, quemquam sacra vasa, & preterquam in his, quae lex, & sacri Canones praecipunt, venundare: si nulla est oburgatione, vel vindicta plebentium, si pietatis causa pro captivorum fuerint redemptione distraha.

Idem Pontifex sollicitus a Faustino, milite Melitenis Ecclesiae, pro subsidio quindecim librarum, ut filias suas de jugo captivitatis exueret, graviter pro eo scripsit ad Episcopum Messanensem: Illud fraternitas vestra debet esse sollicita, ut si quidem de praedicta Ecclesia usuale argentum est, supra scriptam quantitatem accipiat: alioquin de sacris vos vasis hac in re eam, quam praediximus, quantitatem praebere necesse est.

Nam sicut omnino grave est, frustra Ecclesiastica ministeria venundare, sic iterum culpa est, imminenti hujusmodi necessitate, res maxime desolatae Ecclesiae captivis suis praepone, & in eorum redemptione cessare. *Idem ubi supra epist. 35.*

Denique idem sanctissimus Pontifex, cum Demetrius & Valerianus, Clerici Firmiani, meuerent, necedere cogentur undecim libras argenti, quas aliquando Fabius Pontifex pro eorum, & parentum redemptione ex rebus Ecclesiae hostibus impendit, clarè esse rescriptum in hunc modum: Ratio aequitatis postulat, ut quod studio pietatis impensum est, ad redemptorem onus, vel afflictionem non debeat pertinere, *l. 7. epist. 14. Indist. 2.*

Quod si quis pura desiderat, ut clarus pateat, per diversa loca, & tempora eandem misse omnium bonorum hominum sententiam, non gravabor quaedam annotare.

S. EXUPERIUS Tolosae Episcopus, teste S. Hieronymo *epistol. 3. ad Rusticum*, viduae Sareptensis imitator, eliciens pacis alios, & ore pallente jejuniis, fame torquetur aliena; omnemque substantiam Christi vilceribus erogavit. Nihil illo divitiis, qui Corpus Domini canistro vimineo, Sanguinem portat in vitro: Qui avaritiam ejecit de templo.

Huic accedit, quod Hincmarus Episcopus meminerit, ad sua usque tempora in Rhemeni Ecclesia perdurasse argentum calicem S. Rhemigii, donec fuis in redemptionem Christianorum datus est, ut à Normannis ministris Diaboli redimerentur.

D Floruit eodem tempore inter gravissimas Aquilonarium persecutiones Rembertus, natione Flander, vir planè Apolliticus, Bremenis, seu Hamburgensis Ecclesiae Archiepiscopus; qui cum inter tam barbaros homines, aut vivere aut potius latere cogere, etiam sacri Altaris vasa pro captivis Christianis impendit. Dicam, non meis, sed contemporanei Scriptoris gravissimi verbis. Ad redemptionem, inquit, captivorum penè cunctis, quae habeatur, expensis, cum multorum adhuc apud infideles detentorum calamitatem cernere cogere, etiam sacra Altaris vasa, ob illos redimendos, impendere non dubitavit. Qua in re, dum quibusdam minus sublimiter intelligentibus, non rectè fecisse videretur, quasi in alios usus converteret, quae sacris essent deputata ministeriis; & à quodam interrogatus esset, cur id faceret, iusta ratione respondit: Non ignoro, inquit, res Ecclesiasticas officii dignè tractandas, & sub magna obligatione, ad hoc opus esse depositas: Verum tamen plus est apud Deum, per eas subveniri captivis Christianis, in angustia constitutis, quam esse queat depositum eas custo-

diendi: cumque incumbit necessitas è duobus bonis alterum eligendi, altero carenti, praerendum est illud, quod est praesentius, & id quod inferius est, relinquendum. Unde etiam ego, ait, cum nullam aliud suppetit consilium, non sum arguendus impetatis, si Christianum, qui filius Dei est, thesauris Ecclesiae redimo: quandoquidem semper inveniri possumus, quod ad usum sacri ministerii sufficiat; irrecuperabilis vero damni est, si Christianus in captivitate afflictione deficiat. *Tom. 1. Suis ad 4. Februarii.*

Nec alius fuit spiritus Caesarii Arelatenis Episcopi, quod ex historia vite, quae ad Caesariam forem ejus conscripta est, manifestè elucet. Arelarem, ait hic scriptor, Gothis cum innumera captivorum turba revertentibus, replentur sacrae basilicae; & cum multa inopia laborarent, quae ad vicium vestitumque pertinerent, astutum eis praebuit vir beatus, donec omnes ab ipso essent redempti eo argento, quod venerabilis Eonius, antecessor ejus, Ecclesiae mensa reliquerat. Hoc autem factum opus ita profectus est, ut etiam ab illis, quae ad divini ministerii dispensationem pertinent, non abstineret; thuribus, calicibus, patenis, pro eorum redemptione datis, excisique à cancellorum columnis, ornamentis argenteis. Dicebat enim: Ne homo rationalis, Christi sanguine redemptus, amissa libertate, & dura praesens servitute, Arianus efficiatur, aut Judaeus, aut ex ingenio servus. Ornavit igitur, & defendit, non deformavit Ecclesiam. Patere voluit filius viscera matris, non precludi; hoc sapientissimè dicens: Velim respondeant mihi perique domini Sacerdotes, & reliqui in Clero, qui, necio quo superfluitatis amore, nolunt dare insensibile argentum, & aurum, ex Christi donariis: velim, inquam, dicant mihi, si quo casu ipsi in eam calamitatem incidissent, vellentem hujusmodi insensibilibus donariis in libertatem vindicari, aut potius sacrilegii loco haberent, si quis ex divinis manualis subveniret? Equidem non puto, id ingratum esse Deo, de quo ministerio redemptionem parari, qui seipsum pro hominibus redimendis dedit. Sic ille. Nos verò videmus quodam laudare in sancto viro, quod ita fecerit, nec tamen ullo pacto velle imitari.

F DEGRATIAS verò Carthaginensis Episcopus, quantum ego Victorum Uticensium Episcopum intelligere possum, cum multi, occupata Roma, captivi abducerentur in Africam, omnia vasa ministerii aurea, & argentea distraxit, non ut liberarentur, sed ut captivitas eorum mitigaretur, ne videlicet barbarorum servi efficerentur; ne Vandalis, & Mauris ingentem populi quantitatem dividendibus, mariti ab uxoribus, liberi à parentibus separarentur, ne insuetudine navigii, & crudelitate afflictionis, consumerentur. Sed Victoris verba audiamus: Deo gratias Episcopo ordinato, factum est, peccatis urgentibus, ut urbem illam quondam nobilissimam, atque famoliam, decimo quinto regi sui anno Genesicus, Romam, & simul exinde regnorum multorum divitias, cum populis, captivaverit. Quae dum multitudo captivitate Africanum attingeret litus, dividendibus Vandalis & Mauris ingentem populi quantitatem, ut moris est barbaris, mariti ab uxoribus, liberi à parentibus separabantur. Statim fategit vir Deo plenus & carus, universa vasa ministerii aurea, vel argentea, distrahere, & libertatem de servitute barbarica liberare, & ut conjugia federata manerent, & pignora genitoribus redderent. Et quia nulla loca sufficiebant ad capiendam multitudinem tantam, Basilicas duas nominatas, & amplas, Fausti, & Novarum, eorum lectulis, atque straminibus deputavit, decemens per singulos dies, quantum quis pro merito acciperet. Et quia perloque insuetudine navigii, & crudelitas captivitate afflixerat, non parvus inter eos numerus fuerat aegrotorum, quos ille beatus Antistes, in pia nutrix, per momenta singula cum medicis circumbat, sequebatur cibis, ut inspecta vena, quid cuique opus esset, illo praesente darentur. Sed nec nocturnis horis ab hoc opere misericordiae feribatur, sed pergebat excurrere per singulos lectus, siccitatis, qualiter quique se haberet. Ita se tradiderat omnino labori, ut nec defessis membris, nec carnosae jam senectuti parceret. Quo livore Ariani succensit, dolis cum quamplurimis volvere saepius enecare. Quod credo providens Dominus, citò passerem suum de manibus accipitrum voluit liberare. Cujus exitum ita Urbici captivi planxerunt, ut tunc se putarent magis tradi manibus barbarorum, quando ille periret ad caelum. *Vitor. l. 1. de persecut. Vandalica.*

A Passus est etiam S. Cyrillus Hierosolymorum Episcopus ab Acacio Ariano Episcopo calumniam ex eo, quod thesaurum Ecclesiae, & sacra aulea vendidit, cum pecunia non sufficeret ad sublevandam famem, quae tum agrum Hierosolymitanum occupaverat: *Teste Sozom. lib. 5. Eccles. histor.*

Ab hoc verò Ariano Acacio, quantum discrepat Acacius Episcopus Amidenus: Cum enim Romani milites circiter septem milia Perfarum militum in depopulanda Azazena provincia captivos obduxissent, eosque propemodum fame encarent, Acacius, convocatis Clericis, monet, aurea argenteaque monumenta, ex propensâ fidelium benigntate Ecclesiae collata, confanda & vendenda esse. Quod factum est. Et pretia partim militibus Romanis, pro captivis redimendis, dedit: partim ad eorum famem sublevandam impendit. Postremo, viatico illis suppeditato, ad suum ipsorum Regem, cum maxima ejus admiratione, remisit. Quod describit, illius temporis historiographus, *Socrat. l. 7. Eccles. histor. cap. 21.* Exemplum sane in Episcopo memorabile, non tantum in hostes Romani imperii, sed etiam in Christiani nominis persecutores, impendunt.

B De bonis Ecclesiae in particulari dispensatis, & erogatis. *Vide nonnulla supra. Titulo de eodem argumento.*

Ecclesiastici.

QUINAM HOC NOMINE INTELLIGANTUR.

ECCLESIASTICORUM nomen generale est, sub se complectens omnes cujuscumque ordinis, sexus, & conditionis, qui ministerio Ecclesiae sacraeque functionibus mancipantur, etiam si non Laici Religiosi instituti professione, aut sacrorum ordinum susceptione, firmum statum, vitaeque modum immutabilem elegerint. Imò etiam nondum tonsura insignitum clericali. Proprie tamen, & ad effectum privilegiorum, immunitatum, & similitum, quae vel jure, vel consuetudine Ecclesiasticis attributa reperitur, non comprehendimus hoc nomine, nisi qui aut inter Clericos relati eorundem defuncti insigne, aut approbati religionem professi, vel aliam in ministerio Ecclesiastico perpetuum praebere intendunt famulatum: unde eorum alii sunt saeculares, alii Regulares: alii majores, alii minores: alii in dignitate constituti, alii sine illa.

EORUNDEMD ORDIO, ET GRADUS.
Ecclesiastica disciplina in hoc semper observata fuit, ut à clericatu, sive prima tonsura, usque ad Pontificatum per ordines sacros gradatim deveniret, inter quos in feriores majoribus: & inter pares, senioribus sive tempore posterioribus, cedant quibus five junioribus. De quo argumento legantur ea loca in quibus agitur de Dignitate tam in generali, quam speciali: *Item de Ordinis sacramento, &c.*

QUAE ILLIS VETITA.
Plura quae Canonum decretis venantur, Ecclesiasticis sub titulo Clericorum, nam in Jure pro iisdem plerumque usurpantur.

I. Ac primum quidem omnis libido illis interdicitur, ac quavis illius species. Pius V. resolvit, procedendum contra illum, qui in Confessione aliquem sollicitat ad libidinem, tanquam de haeresi suspectum.

II. Alex. sextus, nimis hae frequens in Clero, exercitus tanta subinde lucrandi perendique temeritate, ut omnia seria illi postponant.

III. Arma quoque venantur deferre, scilicet offensiva, non autem defensiva, dum peregrinantur. Pius tamen IV. & V. prohibuit eos defense clipeo breviora, aut arma quae sub veste recondantur.

IV. Venantur iisdem vestes suo ordini non congruentes. Concil. Trident. sess. 14. cap. 6. Debent ergo Ecclesiastici abstinere à vestibus luxum praeseferentibus: nam ut ait S. Bernardus, forma vestium deformitatis mentium, & morum est indicium. Proprie vestium eorum habiles nullquam determinatur, nisi quod nimia brevitatis, aut longitudo prolubetur; item certi colores. Excusat tamen paupertas, metus, iterum pericula, infirmitas in plerisque. *Vide locum de Beneficio Ecclesiastico.*

V. Quod de vestibus, idem obtinet in supellectile, ne ad luxum comparata sit. Cum enim sint pauperum velut pal. *B. Th. de car. vite Human. Tom. III.*

tres, quò se in alios effundant liberalius, hoc magis contenti esse debent curta supellectile. Exemplo sit S. Augustinus, quem solum ad mensam argentea coelestria adhibuisse, reliqua vasa lignea, vel lapidea, auctor est Possidonius in vita. Porro de modesta supellectili caurum est in *Conc. Carthag. 4. cap. 15. dist. 45. cap. Episcopus. Aquigranen. c. 124. Toleano 4. c. 7. & 15. Trid. sess. 25. c. 1.*

VI. Etiam turpe lucrum, quod scilicet ex re illicita, aut minus honesta accipitur, Clericis interdicitur; debent enim esse contenti stipendiis suis, ait *Hieron. epist. ad Neporian. & Aug. ferm. 19. de verb. Dom.* unde omnis negotiatio Ecclesiasticis vetatur multis Canonibus, quos colligit *Claudius Episcopus l. 2. dig. in 1. ad Timoth. c. 1.* unus est *VII. Synodi 16. q. 1. c. 1. gradicator.* In quo ad hoc confirmandum adferunt dictum Apostoli *Act. 20.* Argentum & aurum, aut vestem nullus concupivi. Et Petrus monet Pastores pacere gregem Domini non turpis lucri gratia. *1. Petri 5.* Ac monachus praesertim in claustris suo continetur, extra quod est instar piscis in arido.

VII. Omnibus negotiis saecularibus, Principum aulis, & administratione, quae statui suo non conveniunt, abstinere Ecclesiasticus debet, sciens se divino ministerio mancipatum, cum nemo Deo militans se implicet negotiis saecularibus.

VIII. Clerici & Ecclesiastici in conviviis sobrios & honestos exhibeant, voluitque eos ultra tertias vices non bibere, c. quando *44. dist. Innoc. III.* ita decernit, ut à crapula & ebrietate abstineant, sibi que vinum temperant, & se vino; unde & potatio ad aequales haustus vetatur, dummodo fiat ad festum ingurgitandum, c. à crapula. *Ibid.*

IX. Deinde antiqui Canones interdicitur Ecclesiasticis cohabitationem cum mulieribus. Videatur *Concil. Maris. Canon 2.* Verum in Regionibus humidis, & frigidioribus ea permittitur, dummodo nulla sit suspicio incontinentiae: qua subsistente, etiam consuetudo omnis prohibetur in *Trident. sess. 25. c. 14. de refor.* Denique addatur superioribus monium Apostoli, quo vult, ut Ecclesiastici se exhibeant tanquam Dei ministros, in patientia, castitate, jejuniis multis: providentes bona non tantum coram Deo, sed etiam omnibus hominibus. Eaque quae Timotheo, & Tito commendata esse videntur. Legenda institutio Alphonsi de Torrez Tit. de Ornatu, & mundit. Sacer.

ECCLESIASTICORUM BONA, AN EA RECTE POSSEDEANT: EORUMQUE USUS RECTUS.

Fuit error Vvicleffi, Ecclesiasticis illicitum habere possessiones. Cum tamen in veteri lege Sacerdotes & Levitae haberent urbes ad habitandum, & suburbana ad alendum pecora: item oblationes. *Num. 35. Josue 21.* Agros quoque, *Levitici ult. nam 3. Reg. 2.* Abjathar Rex dicit Sacerdoti, Vade ad agrum tuum: & Hieremias Sacerdos erat, & tamen c. 32. scribit, se possidere agrum patruelis sui. Et Barnabas Levita vendebat agrum suum, *Act. 4.* Item Paulus requirit in Episcopo, ut sit hospitalis, domui suae benè praesit; quae omnia supponunt divitias.

Philemon habuit servum, eratque dives, ut patet ex Epistola Pauli ad eundem; & nihilominus erat Episcopus.

Testatur *Eusebius l. 3. h. s. c. 19.* constantinenses Domini habuisse ex paterna hereditate modicas possessiones. Etiam S. Ambrosius *Ep. 33. ad Marcellinum*, fatetur se habuisse patrimonium suum, cum rogaretur tradere Ecclesiam Ariani; noluisse autem tradere patrimonium Christi.

De possessionibus autem veterum Sacerdotum & ministerum Tabernaculi. *Vide qua late diximus in loco de Sacerdotia.*

Possessionem verò bonorum, cum saecularium, tum Ecclesiasticorum, puta decimarum, primitiarum, oblationum in nova lege Ecclesiasticis semper permittam, notorium est, longoque tot saeculorum usu firmatum, & infinitis Sanctorum exemplis probari posset, qui praeter obventiones & facultates Ecclesiae, ratione ministerii sui provenientes, etiam patrimonium amplissima, ac alia bona saecularia possederunt. Ac *D. Prosper lib. 2. de vita contemplat. capite 12.* dicit, abique peccato posse clericum vivere ex proprio patrimonio.

Possunt igitur Ecclesiastici habere possessiones & divitias, non tamen debeat ita affectu illis adherere, ut augmentum earum anxie incumbant, & tenaces sint in conservando, ut neque pauperum, neque divini honoris, ubi necessitas exigit,

A exigit, curam gerant, seque illorum patres constitutos obliviscantur.

Verat autem Conc. Trid. sess. c. 1. de reform. ne ex rebus Ecclesie studeat quis ditare consanguineos & familiares augere, cum, inquit, Apostolorum Canones prohibeant, ne res Ecclesiasticas, quae Dei sunt, consanguineis donent (quod intellige de his bonis, quae ratione beneficii obveniunt, & sustentationis redundant. Vide Lessium l. 2. c. 4. n. 29. & 40. dnb. 6. de Iustitia & Iure) aut in profanos usus expendant. Debet ergo illa erogari in opera pietatis, qualia nuper vir eruditus declaravit, non centri sumptuosa aedificia, aut etiam sacra suppellectilem, quae R eligiosi plerique pauperatam, & mendicitatem professi, supra instituti sui, quod pauperatam sonat, formam, nimis splendide, & ad pompam, longè ea in re maximo Ecclesiae Praelatos, si non etiam faculares Principes, excedendo, importunè oportunè comparare student elemosinas quae alias Christi pauperibus debentur, à fidelibus hoc nomine extorquendo. De quo argumento, vide quae dicimus in loco de Templis, ex censura Cardin. Bellarmini, & aliorum.

B Certè reprehendit S. Augustinus, & habetur 17. q. 4. c. fin. illos religiosos, qui quasi in piam causam nimis integras venantur hereditates, quod allegat F. Zypus Can. & officialis Antuerpien. in suis Analyticis post. Jur. Can. lib. 3. c. de Testam. n. 10. & addit, non omnes Ecclesiasticos tam pios hac in re esse oportere, ut per excessum impii fiant, & consanguineis pauperibus pracludant aditum ad illam bonorum portionem, cum nepulis dicat Binsfeldius in Enchirid. 4. p. c. 13. ex Ambrosio l. 1. offic. c. 3. Ut tu ipse tuis subvenias, quibus pudor est ab aliis sumptum depocare; non tamen, ut illi ditiores velint fieri ex illis, quae tu inopibus conferre potes. Hac Zypus supra.

Addit deinde exemplum CLEMENTIS IV. De quo refert, quod cum ante Pontificatum duas filias legitime suscepisset, uni in monasterio collocatae triginta tantum libras dederit; alteri quo marito vite conditionis nuperat, trecentas libras dotis nomine numeraverat. & hac conditione, ne quid amplius peteret. Habuit & nepotem Clericum, quem ex tribus praebendis quas habebat, unam ut eligeret, & reliquas dimitteret, adegit: instantibus amicis, ut potius nepoti majora tribueret, respondit, se Deo, non autem carni, & sanguini acquiesciturum.

Clementi comitem datus MATTHIAM Hovium Archiepiscopum Mechliniensem nuper vita hac defunctum, qui cum supremis testamenti tabulis ea, quae ex hereditate paterna obveniant, consanguineis attribuisse, & caque satis modice essent, cetera omnia ad opus ministerii in sua Metropolitana, ac Seminaria à se instituti augmentum reliquit, his verbis Testamento expressis: Cetera cum ex Christi patrimonio sint, ed sunt, & fuerunt destinanda. Ex Testamento eiusdem.

ECCLESIASTICORUM IMMUNITAS, ET LIBERTAS A SAECULARI POTESTATE.

Iure divino regimen Ecclesiasticum à politico non solum distinguitur, sed & sublimius eo decernitur, & ejusque cura non Principi saeculari, sed Petro & legitimo illius successori demandatur. Sic ut omnes etiam Principes, cujuscumque dignitatis, sint oves & subditi. Unde sequitur, in rebus Ecclesiasticis, quarum cognitio à civilibus legibus non pendet, à saeculari potestate Clericos quoscunque exemptos censeri.

In Melevariano Concilio can. 13. & Matisonensi can. 8. Clerici graviter puniuntur, si causam Ecclesiae ad Imperatoris terreni iudicium deferant.

Severus Sulpitius l. 2. sacrae hist. refert, S. Martinum aliquando declamasse, novum esse, & inauditum nefas, ut causam Ecclesiae Judex saeculi iudicaret.

S. Ambrosius in Ep. 78. ad Theophilum, & S. Augustinus Epist. 1. 62. reprehendunt eos, qui causas Ecclesiae terrenis iudicibus iudicandas exponunt.

Apostoli etiam Ecclesias gubernarunt, quo tempore nulli erant Principes Christiani & probe nungnam ad eos causam Ecclesiae iudicandam demulerunt. Et si Apostolus Paulus 1. Cor. 6. jubet, lites etiam civiles Christianorum non deferri ad iudicium Ethnorum, quomodo permittisset, ad eos deferri lites Ecclesiasticas? Denique Justinianus senior Imper. idem affirmat. Novella 83.

Non sunt tamen exempti Ecclesiastici ab obligatione legum

civilium; illarum, inquam, quae dirigunt actiones humanas in commercio, aut regimine temporali, dummodo sacris Canonibus, aut illorum numeri non repugnent. Non quod his legibus illi teneantur obligatione, quam vocant coactivam, sed directiva dumtaxat.

Sunt enim Ecclesiastici membra quaedam Reipublice etiam politica. Unde & tales conformare debent legibus à politico Magistratu latis; alioquin in uno corpore magna foret morum dissimilitudo.

NICOLAUS I. in Ep. ad Michaellem prope finem, dicit, Deum divisisse Pontificiam auctoritatem ad Imperialem, ut & Christiani Imperatores pro aeterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum Imperialibus legibus uterentur.

IMPERATOR VALENTINIANUS in Epistola ad Episcopos Asiae, quam refert Theodoritus l. 4. hist. c. 7. scribit, probos Episcopos non solum Dei, sed etiam Regum legibus obtemperare.

S. Ioannes Chrysostomus in c. 13. ad Romanos, dicit, Christi Evangelio non tolli politicas leges; & idè debere etiam Sacerdotes & Monachos eis parere.

A JUDICIO SAECULARIUM.

Non possunt Clerici à iudice saeculari iudicari, etiam si leges civiles non fervent. Ita enim legitimus in Concilio Chalcedonensi can. 9. Si Clericus adversus Clericum habet negotium, non relinquit Episcopum suum, & ad saecularia iudicia non recurrit.

Clarius tamen Concilium Agathense can. 32. in hac verba: Clericum nullus praefumat apud saecularem iudicem, Episcopo non permittente, pulsare. Idem habet Concilium Carthaginense 111. can. 8. T. octavianum 111. can. 13. Matisonense canon. 8.

JUSTINIANUS Imperator eximit Clericos & Monachos à saeculari iudicio in Novellis 79. 83. & 123. quantum non exigit in causis criminalibus, sed in civilibus tantum: in criminalibus autem vult à pratore cognoscere causam, non tamen condemnari Clericum, nisi prius ab Episcopo fuerit degradatus. At nihilominus lex Canonica simpliciter eximit Clericos in omnibus causis, tum civilibus, tum criminalibus; ut perspicuum est ex Epistola Caji Papae ad Felicem Episcopum, item ex Epistola Marcellini, & ex lib. 11. Registri sancti Gregorii Epistol. 14. ad Joannem Defensorem. Debet autem lex Civilis cedere legi Canonicae, cum possit summus Pontifex Imperatori praecipere; in iis praetium, quae ad Ecclesiam pertinent.

Certè non sine magna laude refert Rufinus lib. 10. hist. cap. 2. & post eum B. Gregorius lib. 4. Epistol. 75. vocem illam Constantini ad Episcopos: Vos dii estis à summo Deo constituti: aequum non est, ut homo iudicet Deos.

CONSTANTINUS Imperator eiecit in exilium Eusebium Episcopum, sed non ante, quam à Concilio Niceno propter haeresim ab Episcopatu depositus fuisset. Unde non habet Calvinus, quod succenscat, quasi hic Imperator hoc de Episcopo iudicium ad se transtulisset, cum ante, ut diximus, à Patribus Concilii Niceni fuerit condemnatus, & tum demum saeculari iudici traditus. Quod Ecclesia in iis, qui ob malefacta degradantur, etiam hodie observat.

QUOD POSSESSIONES BONORUM, CUM ECCLESIASTICORUM, TUM SAECULARIUM.

Bona Clericorum, tam Ecclesiastica, quam saecularia, libera sunt, ac merito esse debent, à tributis principum saecularium. Patet ex Concilio Lateranensi sub Alexandro Terio part. 1. cap. 19. Ex Concilio Lateranensi sub Innocentio III. cap. 46. Item ex cap. Ecclesia sanctae Mariae, de consuet. Ex cap. Quoniam, de consuet. in 6. Præterea, ex legibus Principum, quae habentur in Codice Theodosiano, lib. 16. tit. 2. lege 16. & 26. & in Codice Iustiniani, l. Sancimus, de sacros. Eccles. & in lib. 10. hist. Eusebii cap. 7. ex versione Christophorioni.

Ubi observa, ante Justiniani tempora, legibus priorum Principum immunes fuisse Clericos à tributis personalibus, ut etiam indicat S. Hieronymus in comment. ad c. 17. Matthei: non tamen fuisse liberos à tributis, quae pendi solent ratione

A ratione possessionum, ut colligitur ex S. Ambrosii orat. de tradendis Basil. ubi dicit: Agri Ecclesiae solvunt tributum: & Theodor. l. 4. hist. c. 7. scribit, Valentianum seniore in epistola Episcopos Asiae, illa verba posuisse: Boni Episcopi tributa pensant Regibus: ita Card. Bellarm. Tom. 1. l. 1. 28. de Clericis.

EXEMPLA SCRIPTURAE. JOSEPH Patriarcha eximit Sacerdotes Aegyptiorum. Gen. 47. Artaxerxes Persarum Rex eximit Sacerdotes Itraeliticos. Esdrae 7. Nam ut rectè ait Alexander Pontifex in Concilio Lateranensi, unde extat c. Non minus de immunit. Eccles. Non decet, Ecclesiam Dei minus liberam esse tempore Principum Christianorum, quam fuerit tempore Pharaonis.

In lib. Numerorum c. 3. Deus non semel, sed saepius repetit, Levitas propriè suos esse, atque eos sibi ex omni populo delegisse; & in eodem loco dono dari jubet omnes Levitas Aaroni, & filiis ejus, id est, successoribus. Quod enim sibi ipse elegit ad ministerium templi rerumque sacrarum, soli Pontifici, qui locum Dei representabat in terris, subjectos esse voluit; ac per hoc à iurisdictione terrenorum Principum liberavit. Constat autem, id esse nunc in Ecclesia Clericos, quod erant Levitae in testam. vet. & Pontificem Christianorum non minoris esse auctoritatem, sed longe majorem in Ecclesia Christi, quam fuerit Aaron in Synagoga Iudaorum. Nunc [inquit S. Leo ser. 8. de Passione Dom.] & ordo clarior Levitarum, & dignitas amplior Seniorum, & sacrorum unctio Sacerdotum.

Sequitur igitur, ut quemadmodum in Testam. vet. liberi erant Levitae iure divino à potestate Principum saecularium, ita sint etiam Clerici in Testamento novo.

Quando Deus iussit numerari populum, & capitationem pro singulis dari in usum tabernaculi, Levitae non fuerunt numerati, ea ratione, ut capitationem solverent: sed alia, ut ministeria tabernaculi, iuxta domos & familias suas, exequerentur, circa cultum Dei: & loco primogenitorum Israel, fuerunt Domino consecrati, & onera in tabernaculo, postea in templo Dei subierunt. Ex c. 270. v. 12. Num. c. 1. v. 11. & 47. & c. 2. v. 33. & c. 3.

Greg. Tur. l. 4. de gestis Francor. c. 1. refert, Injuriosum Episcopum XV. à Martino Turonensem, Clotharii restitisse edito, quo mandaverat, ut omnes Ecclesiae tertiam partem fructuum suo penderent, & cum ferè omnes Episcopi subscripserint, cum solum denegasset, pœnas etiam gravissimas minamur si bona Ecclesiastica atterere pergeret; eoque territum Regem, editum adaque, & veniam culpae deprecatur.

ETHELPODIUS Rex Angliae Episcoporum suorum assensu Ecclesias & monasteria in regno suo exemit à publicis oneribus. Gulielm. Nembrigensis l. 2. c. 7. Ramslip. lib. 5. Polichron. c. 30.

BOLESLAUS Rex Poloniae, hominibus Ecclesiasticis omnium onerum, laborum, & pensionum, regi & reipresertandarum, immunitatem sempiterno jure concessit. Cromer. l. 3. Reg. Polonorum.

CHRISTUS iustus solvere tributum, quod in usum templi Iudaeorum populo quotannis impostum erat à Deo, Exod. 3. & à quo ipse eximebatur, ut est luce clarius, dicebat: Ergo filii sunt liberi, Matt. c. 17. siquidem ab alienis peti debebat: quae verba hanc vim habent, quod cum filii Regum à tributis eximuntur, non ipsorum persone tantum, sed etiam servi & ministri, atque adeo ipsorum familiae à tributis eximuntur. Certum est autem, Clericos propriè ad familiam Christi, qui filius est Regis Regum, pertinere. Atque id videtur Dominus significare voluisse, cum ait Petro: Ut autem non scandalizem eos, sumens staterem, da illis pro me & pro te; quasi diceret, & se, & familiam suam, cujus praefectus erat Petrus, liberos à tributis esse debere. Quod etiam intellexisse videtur S. Hier. in Comment. ejus loci, cum dicit, Clericos propter honorem Domini tributa non solvere; & S. Aug. l. 1. quasi. Evang. qu. 23. cura scribit, in omni regno terrae non esse vectigales filios Regni illius, sub quo sint omnia regna terrae.

Decide in Galia olim, qui sacrificia publica & privata procurabant, & curam religionis seu caeremoniarum illarum habebant, tributa una cum reliquis ex populo non pendebant; militiae vacationem, omniumque onerum habebant immunitatem. Inl. Cesar. l. 6. Comment. de bello Gallico.

Apud Aegyptios, Sacerdotes erant ab omni tributo immunes: imò & à tributis exactis ab aliis, tertia pars illa dabatur ad cultum divinum, & eorum alimenta: altera Principi: tertia militibus. Diodor. Sicul. l. 1. Biblioth. c. 6.

* BONA ET PERSONAS ECCLESIASTICAS ONERANTES PUNIT. Ex S. SCRIPTURA. Refertur vindicta de Heliodoro, quod de mandato Regis veller aurum etiam creditum, seu depositum intra septa templi, L. B. Theatr. vii. & Human. Tom. 111.

accipere, l. 2. Mach. c. 3. Multò magis vindicta est expectanda à Deo in Principes, qui non solum deposita in Ecclesia, sed bona ipsius Ecclesiae tollere volunt: nam in eo magis templi sanctitas violatur, & in propriis magis, quam alienis.

Excommunicantur etiam nominatim in Bulla pronuntiata in Caena Domini Romae, qui tributa, collectas, & onera Ecclesiae, Ecclesiasticis imponunt, ut habetur in c. 5. qui vel tributa.

CASUS QUIBUS ONERARI POSSUNT. Ex S. SCRIPTURA.

Sunt qui arbitrentur, casus esse, quibus utroque jure, divino & humano, Ecclesiastici & eorum bona & Ecclesiae locaque pia, tributis, collectis, & vectigalibus, oneribus & personalibus & realibus, seu patrimonialibus, onerari possunt à Principibus temporalibus.

Et primò, in casu necessitatis urgentis, dicunt Regem posse bona Ecclesiae capere, quemadmodum Joas rex Israel, Tulique omne aurum & argentum & univera vasa, quae inventa sunt in domo Domini, & in thesauris Regis, & obsoles, & reveris est Samaritan. 4. Reg. c. 14.

Item exemplo Ezechiae regis Iuda, qui metu Sennacherib Assyriorum regi pacem & subjectionem offerens, utque solveret eisdem indicta per ipsum tributa nomine trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri, dedit omne argentum, quod reperit fuerat in domo Domini, & in thesauris regis. 4. Reg. c. 18.

HISTORICA ETHNICORUM.

In casu necessitatis & bellorum, contributum olim etiam à Sacerdotibus, alioquin immunitatem habentibus, indicat Livius l. 33. tum enim de triumphis epulonibus primum factis: Sed magnum certamen, inquit, cum omnibus Sacerdotibus eo anno fuit, quaestoribus urbanis, Q. FABIO Laeone, & L. Aurelio: primò opus erat, quòd ultimam pensionem pecuniae in bellum collatae perolvere placeret privatis quaestoribus ab Augustibus Pontificibus, quòd stipendium per bellum non contulissent, petebant à Sacerdotibus Tribum nequitum appellati, omniumque annorum, per quos non dederant, exactum est, non obstante provocatione illorum ad Tribunos, & allegatione privilegiorum à Numa & primis Consulibus concessurum.

Quin & constat, senes & Sacerdotes perpetuam militiae vacationem habuisse, à qua tamen excipiebatur Gallicus tumultus; ut ajunt, Plut. in Camillo, & Appian. l. 2. de bellis civ.

SYLLA Athenas oppugnans, pecuniae indigus, ex omnibus illustribus templis & oraculis, quae in ea terra erant, iussit donaria ad se sacraque pecunias delerri. Atque in Delphicis thesauris expilandis cavillo usus. Nam cum inde significaretur, auditam fuisse in templo citharam, tantum abfuit, ut ex illa re fuerit illa homini incussa religio, quin ad Caphim, quem ea de causa ad Delphos miserat, quique ea per literas significabat, rescripserit: Mirari se, quid esset, quòd non auderet pecuniam Delphicam contingere, ad quam tollendam ipse Deus hilaris, atque citharae conventu invitaret, teste Sabell. l. 3. Emend. 6.

CHRISTIANORUM.

Facit pro hac re, quod ex D. Ambrosio adfertur, in c. 1. tributum 27. & seqq. Magnum quidem 11. q. 1. Si tributum petit Imperator, non negamus agri Ecclesiae solvunt tributum. Si agros desiderat Imperator, potestatem habet vendicandorum. Tollat eos, si libitum est: Imperatori non nego, sed non dono. Et in com. ad c. 5. Luc. l. 4. Magnum quidem est & spirituale documentum, quo Christiani viri sublimioribus potestatibus docentur debere esse subiecti, ne quis constitutionem terreni regis puret esse solvendam. Si enim censum Filii Dei solvit, quis tu tantus es, qui non putes esse solvendum? Hæc ille.

Cæsares quoque certos casus proposuerunt, in quibus & voluerunt ad collectas ipsas Ecclesias, & domos Augusti & Augustae, eorumque bona contribuere, ut quando sternendæ essent viae publicae, aut pontes novi instituti, aut instituti reficiendi essent, si quid habent in ea civitate, aut loco, ubi talia opera fiunt, quae & trahuntur ad muros civitatis, putes publicos, & familiae, in §. ad hac sane Novella 131. in l. ad instructiones 7. C. de SS. Eccl. & ita pronuntiatum sepe in Senatu Parisiensi. Ut refert Papius l. 5. rapsodiae arrest. tit. 11. arrest. l. 6. 17. 18. 19.

Subiiciuntur & naves Ecclesiarum, transvectionibus publicarum specierum, sine exceptione religionis, à Theodosio & Valent. in l. jubemus nullam, 10. C. de Sacros. Eccles. l. 2. c. de navibus non excoisandis.

Item angariis & perangariis, & aliis oneribus expeditionis, plausitronum praebendorum, in l. neminem ab angariis 11. C. de SS. Eccl. Simul & canonice illationi, in l. placet 5. C. de Sacros. Eccl.

A Muneribus quoque patrimonialibus, qua ratione possessionum praeberent, dicuntur obnoxii Imperatori & Regibus, ex praedictorum possessionibus Clerici, in c. si qua causa 26. Cauf. 11. q. 1. & c. si tributum, eadem 11. q. 1.

Accedit & Gratiani resolutio, cuius haec sunt verba: Hinc datur intelligi, quod de his quae imperiali beneficio, vel à quibuslibet pro beneficio sepulture Ecclesia possidet, nullius iuri nisi Episcopi teneatur obstricta; de his vero quae à quibuslibet emerit, vel vivorum donationibus acceptit, Principibus conferta debet obsequi: ut annua eis persolvatur tributa, & convocato exercitu, cum eis proficiatur ad castra. Quod tamen hoc ipsum non sine consensu Romani Pontificis fieri debet, in c. sancium 25. Cauf. 25. 8.

Necessitas aliquando Ludovicum Secundum Regem Siciliae & Comitum Provinciae, propter exitiosum bellum illatum à nepote Carolo Durato, qui ius in regno Neapolitano praetendebat, praetextu cuiusdam iuris sui cessi à Ludovico Rege Hungariae confobno, coegit imponere Ecclesiae, iure auxilii, & subsidii, etiam contributiones; non obstantes constitutione Frederici Imper. item nulla communitas, de Episcopis & Cleric. C. ut relet Papus 15. arrestorum tit. 11. arrefo illo celeberrimo, & etiam l. 1. Ubi vide plura arresta Senatus Parisiensis.

AD HOC LEGITIME FACIENDUM REQUISITA.

In casu necessitatis, ubi facultates laicorum exhaustae sunt, posse ex consensu Ecclesiasticarum personarum, aliquod exigi auxilium nomine, iam placuit Concilio Lateranensi generali: quod quamvis prohiberi propria laicali auctoritate exigi, vel imponi, tamen ex consensu Episcopi permittit, tribus concurrentibus in c. non minus 4. de imm. Eccl. Primò, quòd ipsam collectam delibet Episcopus cum Clero, quia in his quae totum clerum tangunt, non sufficit, Episcopum habere consensum tantum sui Capituli, sed requiritur & totius cleri, quia neque Episcopi ex arbitrio possunt onerare suos subditos, c. 2. in fine, de consub. l. 3. r. 13. & quod omnes tangit, ab omnibus probari debet, reg. iur. quod omnes.

Secundò requiritur, quòd ista subsidia petantur & solvantur imminente maxima necessitate, vel utilitate civitatis, vel regni fidei.

C Tertò, quòd facultates laicorum non suppetant. Quarto, hodiè quoque requiritur, ut consultatur ea de re sum. Pontifex, ex alio Concil. Lateran. in c. adversus 7. de imm. Eccl. Quòd habere potest rationem, quia tanta est hodiè auidacia & invidia, & ut textus loquitur in d. c. adversus, impertinentia laicorum, ut facile vel minus, vel coactione clerum ad consentiendum compellere possent, etiam sine necessitate urgente. Et proinde libi pna excommunicationis, ne id fiat inconsulto Pontifice, vetum est.

Alia ratio, quòd hoc privilegium immunitatis, toti Clero & in favorem ordinis fuit concessum: & proinde à singularibus Clericis, etiam in sui praedictum, renunciari non potest, c. si diligenti, de foro compet. Ideoque requiritur consensus summi Pontificis, qui causa cognita, ex iusto potest dispensare.

EXEMPLA HISTORICA.

Ex licentia summi Pontificis, etiam permixta fuerunt regibus, & Principibus aliquando exactiones aliquarum decimarum à sacerdotia possidentibus.

An. 1500. quo tempore Cæsar MAXIMILIANUS I. de bello Turcarum Imperii conventum agebat Augustæ, decretum fuit, mittendam esse legationem ad Pontificem Alexandrum VI. ut rempublicam ex consilio iuvaret, & proventus annuarum, hac potissimum de causa concessos olim, in hunc usum contribueret. Sleidan. l. 4.

DAVIDI BRUNO Scotorum regi, magna vi auri redempto à suis, & in Scotia revento, summi Pontificis, ac Praelatorum consensu, Ecclesiasticorum redditum decima pars liberaliter donata est. Heß. Boet. l. 6. H. Mutius, l. 21. Chron. German. refert, anno Dom. 1282. Honorium Papam pro inferendo bello in Turcas laborasse, & missis Cardinalem Episcopum Tuluhanum in Germaniam, qui Heropolim convocavit omnes praelatos & magistratus Ecclesiasticos & laicales: adfuisse quoque Rudolphum, ibique tractasse de subsidio ad id bellum, & petiisse legatum quartam partem proveniunt Ecclesiasticorum, ad 4. annos; nemineque resistente, unum solum nomine Probium Episcopum Tullenem denegasse, & multa loquentum de officio Ecclesiasticis bonique Ecclesiarum, & uti eorum, & effecisse, ut uno consensu negaverint universi Praelati, se id quod postulabatur, quòd: tamen evenisse, ut hic Probus paulò post

ab Episcopo deturbatus, retrusus fuerit ad fratres suos mendicantes D. Francisci, ex cuius ordine erat.

Tempore quo Veneti gesserint bellum contra Bajazetem regem Turcarum, Alexander VI. Pontifex. Max. omnium proventuum, quibus Sacerdotes in imperio reipublicoventur, partem plus tertiam Venetis concessit, Cardinalium Sacerdotiis exceptis. Bembo l. 5. hist. Veneta.

Cum etiam SOLYMANNS Turcarum Imp. Pannoniam repperet ann. 1531. exhausto Pontificii Imperii ariario, in Senatu Cardinalium decretum est, ut quinque decimae Sacerdotiis imponerentur, immunitate concessa Sacerdotiis Cardinalium; quae res minores Sacerdotes sacraque Virgines, & sacras hospitalitates domos vehementer afflixit. Nam exactores cum imperio in provincias emissi, dum privato quaestu studerent incredibili acerbitate, humana & divina perturbabant: aded ut plerique Sacerdotes templa desererent, & passim sacra vasa, & antiqua donaria confunderent. Erant, qui praedia dicata altaribus vendiderent, ut decimam solverent. Neque honestissimus facti belli praetextus, neque extrema prope necessitas invidiam leniebat: quoniam Cardinales, qui opima Sacerdotia possiderent, immunes evaserant, quati illis ad tuendam Romanæ aule amplitudinem, de solito vite splendore nihil remittere moderari que liceret, cum ex adverso plerique egentibus ultima vitae alimenta repererent. Iovius l. 30. hist.

ALEXANDER VI. in usum belli Gallici, pecuniam omnem Sedis Apostolicae auctoritate in Hispania, belli facti nomine, quam Cruciatam appellatur, coactam, Neapolitano regno concessit quam tamen pecuniam nisi contra Religionis Christianae hostes nefas erat consumere. Ut tradit Guiccard. l. 1.

Permissit Franciscus I. eius nominis Gallorum regi, Leo X. Pont. Florentia congressus, ut in Gallia ceteriore & ulteriore, Sacerdotiorum redditus panis decumationibus decumaret. Sabel. l. 6. supplem. ex Paulo Iovio.

PAULUS quoque III. Pont. in bello Germanico contra Protestantes, an. 1546. permittit, eo anno Carolo V. Imp. dimidiam partem bonorum Ecclesiarum sumere per Hispaniam, & ex annuis proventus Monasteriorum Hispaniae dividere, donec aureorum millia quingenta conficeret & ea lege tamen, ut de suis bonis tantundem illis invicem oppignoraret. Sleidan. l. 7. Haec summam collegimus ex l. 3. Pet. Greg. Toloanis de Reipub. cap. 7. & aliis nonnullis. Plura apud eundem Lectorem reperire poterit.

ECCLESIASTICORUM FRUGALITAS, ET CONTINENTIA.

Laudabile est, quod de Pio II. Pontifice legitimus, cuius tum alie multae virtutes referuntur, tum haec ipsa, quòd mediocri cibo uti solitus esset, non lauto, non delicato; eoque fempot fuisse contentum, quod apponeretur, quòdque in vivo: immo vetò parcissimè usum, eoque bene diluto. Mensam artificiosam ita contempnit, ut apparatus non pontificio, sed humili ac propè rusticano sit usus. Inter edendum, de studiis bonarum artium loquebatur, memoriam veterum repetens. Eius voluptas omnis, quando à munere publico vacabat, in lectione & scripture frequenti reposita erat. Libros plus quam saphiros & smaragdos charos habuit, quibus chrysolitorum magnam copiam inesse dicebat. Rara veste utebatur, & argento frugali magis, quam regio. Platina in vita Pii II. & Hieron. Plautus de Card. c. 13.

De Iuliano Cesarino Cardinale illud memoriam proditum est, ferè illum in suis vestibus cubitasse, interlucum intinam non ex lino, sed ex panno gestasse, longa excurvile jejunia, omnibus sextis feriis pane & aqua jejunasse, quotidie Missam celebrasse. Denique ut hoc etiam addamus, ita in elemosinis profusum fuisse, ut à suis alter Martinus appellaretur. Hieron. Plat. de dign. & off. Card. c. 13.

Recentius & illustris est de Carolo Borromaeo, quàm ut hoc loco commemorandum videatur. Sed tamen hic traditur eius familiares, quotidianis illorum penitentiae incrementis eò tandem pervenisse, ut quotidie pane & aqua jejunaret, exceptis Dominicis ac festis diebus: in qua illa jejunavit diu duravit, usque ad extremum vite diem; imò vetò aliquantò ante obitum ipsos etiam festos dies non parum vestrinxerat, ad sola se legumina, aut olera, fructuive arborum redigens. Quae cum Gregorius XIII. pro suo officio, peculiari brevità cum scripto, non solum hortatus esset, fed etiam praecipisset, ut rigorem hunc temperaret; respondit Cardinalis, se paratum quidem obediare, sed tamen experientia cognovisse, eam incediam valetudini quoque conferre, ad excusandam pituitam, quam abundabat. Quo argumento pernotus Gregorius, suo illum iudicio arbitrioque permittit. Omnem suspellibilem alicujus pretii, conopaea, aulea, aliaque ejus generis, abs se removit. Vestibus utebatur exterius quidem, ut Cardinalis; intè-

A Interfortibus verò ex simplici panno, & tela; quin etiam cucularis amictus ex panno erat cinericio, rudi, & crasso. Quam ipsam vestem quatuordecim totis annis nunquam mutavit: multaque alia ejusmodi, quae referre non est necesse, quia nota sunt & recentia, constanter usque ad mortem servavit. Hier. Plat. de dign. Card. c. 13. & 16.

D. NICOLATUS, Episcopus Myrhensis factus (sicè pristini ejus mores accurata castigatione essent compositi) haud tamen ignorans, aliam esse privati hominis rationem, aliam magistrum gerentis, vitam omnem moreque pro dignitate transfornmandos putavit. Igitur unica in die refectio, eaque vespertina contentus, totum diem publicis negotiis studiosè impendebat. Inter cenandum, nunquam sacrorum librorum aberat lectio, vel certè aderant Sacerdotes eruditione & vita probati, à quibus finiorum aliquo animi cibo alebatur. A mensa in cubiculum se recipiens, totus in caelestium contemplationum campum diffundebatur, & animum diurnis alienisque curis distractum, nocturna meditatione collectum refovebat. Inter quas delicias meliore nodis parte assumpta, tandem demissa humi membra brevi admodum somno reficiebat. Tunc etiam cepit uti veste viliori & neglectiori, quam antea solebat, in qua nullus omnino esset nitore, aur fastus, sed castigate potius humilitatis, & modestiae significatio: nec enim alio quovis pacto poterat sapientius, ut facilius Sacerdotum in vestium luxuria amputare. Et tamen tantum abfuit, ut ea res aliquid ei detraxerit de opinione, ut etiam multum auxerit. Strius in ejus vita 6. Decembris, ubi haec ferè, verbis paucis permittatis.

De D. Augustino Hipponensi Episcopo scribit Possidius in ejus vita, quòd vestitus ejus, & calecamenta, & lectualia ex moderato, & competent habitu erant, nec nitida nimium, nec abjecta plurimum: quia his plerumque, vel jagare se insolenter homines solent, vel abjicere: ex utroque, non quae Jesu CHRISTI, sed quae sua sunt, idem quaerentes. At iste sanctus medium tenebat, neque in dexteram, neque in sinistram declinans. Mensa usus est frugali, & parca; quae quidem inter olera & legumina, etiam carnes aliquando, propter hospitales, vel quosque infirmiores continebat. Cochlearibus tantum argenteis utens, cetera vasa, quibus mensa inferebantur cibi, vel testea, vel marmorae erant; non tamen necessitate inopia, sed proposito voluntatis. In ipsa mensa magis lectionem, vel disputationem, quam epulationem potationemque diligebat, & contra pestilentiam humanae consuetudinis in eam scriptum habebat:

Quisquis amat dicitis absentem rodere vitam, Hanc mensam vestram novis esse sibi. Et omnem convivam à superfluis & noxiis fabulis, & detractionibus, se se abstinerere debere admonebat. Possid. in vita ejus cap. 22.

Feminarum intra domum dicti B. Augustini nulla unquam conversata est, nulla manfit, & calcemata, & lectualia ex moderato, & competent habitu erant, nec nitida nimium, nec abjecta plurimum: quia his plerumque, vel jagare se insolenter homines solent, vel abjicere: ex utroque, non quae Jesu CHRISTI, sed quae sua sunt, idem quaerentes. At iste sanctus medium tenebat, neque in dexteram, neque in sinistram declinans. Mensa usus est frugali, & parca; quae quidem inter olera & legumina, etiam carnes aliquando, propter hospitales, vel quosque infirmiores continebat. Cochlearibus tantum argenteis utens, cetera vasa, quibus mensa inferebantur cibi, vel testea, vel marmorae erant; non tamen necessitate inopia, sed proposito voluntatis. In ipsa mensa magis lectionem, vel disputationem, quam epulationem potationemque diligebat, & contra pestilentiam humanae consuetudinis in eam scriptum habebat:

Quisquis amat dicitis absentem rodere vitam, Hanc mensam vestram novis esse sibi. Et omnem convivam à superfluis & noxiis fabulis, & detractionibus, se se abstinerere debere admonebat. Possid. in vita ejus cap. 22.

Feminarum intra domum dicti B. Augustini nulla unquam conversata est, nulla manfit, & calcemata, & lectualia ex moderato, & competent habitu erant, nec nitida nimium, nec abjecta plurimum: quia his plerumque, vel jagare se insolenter homines solent, vel abjicere: ex utroque, non quae Jesu CHRISTI, sed quae sua sunt, idem quaerentes. At iste sanctus medium tenebat, neque in dexteram, neque in sinistram declinans. Mensa usus est frugali, & parca; quae quidem inter olera & legumina, etiam carnes aliquando, propter hospitales, vel quosque infirmiores continebat. Cochlearibus tantum argenteis utens, cetera vasa, quibus mensa inferebantur cibi, vel testea, vel marmorae erant; non tamen necessitate inopia, sed proposito voluntatis. In ipsa mensa magis lectionem, vel disputationem, quam epulationem potationemque diligebat, & contra pestilentiam humanae consuetudinis in eam scriptum habebat:

D Episcopo, vel quolibet Clerico fortè manerent, ex illis omnibus feminarum personis unà commorantibus, aut adventantibus, tentationibus humanis posse perire, aut certè malis hominum suspicionibus pessime diffamari: ob hoc ergo, dicebat, nunquam debere feminas cum servis Dei, etiam castissimis, in unà manere domo, ne (in dictum est) aliquid scandalum, vel offendiculum hoc tali exemplo poneretur infirmioribus. Et si fortè ab aliquibus feminis, ut videretur, vel laudaretur, rogaretur, nunquam sine Clericis testibus ad eas intraret, vel solus cum solis unquam esset locutus, nec si secerent aliquid interesset. Idem Possid. c. 16.

S. ANDREAS Carmelitanus, cuius, cum quinquaginta octo esset annorum, unanimem in Episcopum Festulanum Canonico electionem Spiritus sanctus per os infantis prodigio confirmavit suffragio, non contentus, quòd ad devotè se melius, sed semper benè utendae castitatis rationes, magnam per sobrietatem corpus sibi suum assidue maceraret, illiucque nuditatem, fuit vestimentis, ferrea cingetur catena, nec alio in lecto, quam videri solent, indormiret: feminarum praeterea colloquia, ut ipsius gravi iam aetate non aliter, quam L. B. Th. v. s. Human. Tom. 111.

fecunda quaedam vitabar femina vitiorum: Auroleus in E. Carechismo historiali Tom. 3.

Memor quoque sum (addit Cantiprat.) quod moderno tempore propè Cameracensem dicecesim accidit. Quidam clericus, à pueritia coelebs & castus, post longum Theologiae studium, in solenni, conventuale Ecclesia canonica est adeptus. Animarum ergo zelo ductus, praebendam pro parochiali Ecclesia commutavit. In qua cum per septennium fructosè multum, & laudabiliter laborasset, praedicationeque & exemplo animas Christo esset lucratus, quas diabolus conabatur auferre: accidit, ut virgo sexagenaria, quae cilicium ipsius Sacerdotis lavare, ac mundare solebat, sola sine teste, vel socia thalamum ingrederetur. Quid plura? Ad tam nefandum infortunium res devenit, ut ambo, Sacerdos & mulier illa sexagenaria, antequam separarentur, diu servato virginitatis, & castitatis lilio privarentur. Ex qua re mulier quidem jam sexagenaria in tantum doluit, ut praerupta amaritudine mortem acceleraret in planctu: Sacerdos verò expertus incognitum, in luxuria adhuc, ut credimus, vilissimum perseverat. Quid mirum? Quòd locus altior, tantò casus gravior. Unde merito Angelorum casus irreparabilis fuit. Th. F. Cantipr. Ap. l. 2. c. 20. p. 47.

* ECCLESIASTICORUM SCELERA DIVINITUS PUNITA.

Cum per mortem Sylvestri sedes Ecclesiae Lingonicae vacaret, Lingonici Episcopum flagitantes, Pappolum, qui quondam Archidiaconus Augustodunensis fuerat, accipiunt: qui multa, ut asserunt, egit iniqua, quae à nobis praetermittuntur, ne detractores fratrum esse videamur: tamen qualem habuerit exitum, non omitam. Anno octavo Episcopus sui, dum dicecesos, ac villas Ecclesiae circummiret, quadam nocte dormienti apparuit illi B. Terricus vultu minaci. Cui ita: Quid tu, inquit, hic Pappole? ut quid sedem meam polluis? ut quid Ecclesiam pervadis? ut quid vobis mihi creditas sic dispersis? cede loco, relinque sedem, abscede longius à regione. Et haec dicens, virgam, quam habebat in manu, pectori ejus cum idè valido impulit. In quo ille evigilans, dum cogitat, quid hoc esset, fixè in loco illo designat, ac dolore maximo cruciatur. Abhorret cibum potumque, & mortem jam sibi proximam praetolatur. Quid plura? Tertia die, cum sanguinem ore projiceret, expiravit. Exinde delatus Lingonas, est sepulchus. Greg. Turon. hist. Franc. l. 5. cap. 5.

Illud nunc ad memoriam redit, quod in Beneventina olim urbe constitutum me audire contigit. Princeps ejusdem civitatis Presbyterum, sanctae conversationis virum, & in divinis officiis, ac praecipue in solemnitate Missarum indefinenter assiduam excolebat; qui cum quotidie sacris mysteriis reverenter infisteret, Angelus Domini ex consuetudine veniebat, & vidente Principe, Sacramentum Dominici Corporis ex offerentis manibus assuerebat. Sed ò criminalis vite hujus lubrica & incerta conditio! Nam qui Anglicis fruebatur obsequiis, in foede luxuriae voraginem repente prolapsus est. Quid plura? Peragendi mysterii facti tempus advenit, consuetudine foris exigente Presbyter compellitur, sed graviter intus conscientia remordente torquetur: ornatur, accedit, trepidat, palpitat, tamen offerre praesumat. Jam ecce Angelus, ut assuetus fuerat, venit, & inspicente Principe, spongiam insectam aqua super caput illius expressit, omneque fordes atque squalores, quos ex corpore illius ante contraxerat, membris ejus omnibus iterum superfundit. Hoc ipso Principe admirans obstupuit, Presbyterumque semotis omnibus secretae convenit. Inquisitum itaque Presbyter, si noviter aliquid criminis admisset, primò quidem perhorrescens, facinus abnegat; deinde malè sibi conscientis, ac principis auctoritate compulsus, tandem corruisse se nocte praeterita in quadam ejusdem Principis cucularium confutur. Pet. Dam. Olfen. Episc. in epist. ad Hildebrand. Papam tom. 3. Bibl. S. S. Patrum.

Cum STEPHANUS Papa, qui zeli Phineas emulabatur Aedorem, omnes Clericos Romae, qui post interdictum Papae Leonis in continentes extiterant, de conventu clericorum, & choro Ecclesiae praecipisset exire, & quamquam relictis feminis per penitentiae se lamenta corrigerent, tamen quia sancto viro inobedientes fuerant, & de sacratio ad tempus exirent, & celebrandae Missae licentiam de cetero non sperarent: Juxta Canonice beatæ Caeciliae, trans Tiberim constitutam, PRESBYTER habitabat, qui nec feminarum ullo modo quiescebat abjicere, nec unquam poterat haec statuta, nisi vana prorsus & frivola

A iudicare. Quadam itaque die, dum incolumis, vegetus, ac robustus existeret, vespertinis horis ad quietendum se in lecto composuit; sed repente divina ultionis animadversio percussit: Manè reperit est cadaver exanimè. Illud præfata canonice, religiosus ritè convenit, duos ad me clericos direxerunt, quid tali deberent mortuo, consentientes. Nos, si rem rectè tenemus, consilium dedimus, ut cum quidem, quia Presbyter fuerat, penes Ecclesiam sepeliretur; sed nullum ei, vel hymnorum, vel psalmodiarum officium redderent, quatenus & incelsis terror accresceret, & castitatis gloria germinantis pullularet; & certè dignus videretur, ut mortuus (juxta Prophetam) sepulcrum possideat animi, qui dum viveret, humana contempsit lege constringi. *Petr. Damian. in epist. ad Taurinen. Episc. Bar. tom. 11. anno 1057. 16. 17.*

S. EPIPHANIUS, Constantiæ Episcopus, hoc tempore oblationis servabat: nunquam eam perficiebat, donec visisset visionem. Constituteque præfari verba quædam, & eistatim revelabatur. Cum itaque aliquando ter dixisset sermonem, nulla ei sese obulit visio. Cum is autem higeret, & oraret, ut sibi causa significaretur, primus observat Diaconum, qui à finistris tenebat ventilabrum ministratorium. Quem cum observaret, considerat Epiphanius in ejus fronte apparere lepram. Nulli autem erat manifestum, Diaconum eo morbo laborare. Epiphanius itaque manum extendit, & instrumentum levavit ministratorium, ei benigne dicens: Va de, fili, in domum tuam, & ne modò sumas divi na mysteria. Ipse autem statim egressus est, & ivit domum suam, datque Epiphanius alii Diacono ventilabrum. Cumque divina verba incepisset cum meo & lacrymis, tibi perficit, statim vidit visionem. Post Ecclesiæ autem dimissionem, accessit Diacono, ex eo scificiatur causam; cumque is diceret, quòd illa nocte dormierat cum uxore; accessit toto ordine sacerdotum, eis benigne dixit Epiphanius: Quicumque, ò filii, clerico digni estis haberi, solvite calcamenta vestra, ut non in iis ingrediamini, & ut colatis virum sanctum, qui in Ecclesia prædicat, & dicit: *Et habentes uxores, tanquam non habentes.* Ex hinc ergo non amplius ordinavit Epiphanius, qui habebant uxorem; sed viros sanctos, qui vitam exercebant monasticam, & viduos viros probatos. Licebat enim verè videre Ecclesiam, tanquam pulchram sponfam ornantem sacerdotio. *Et Metaph. Sur. in vita ejus cap. 18. die 12. Maji.*

HENRICUS Imper. habebat Clericum in curia sua, qui & literarum peritiam, & vocis elegantiam vitio corporis deformabat; quod meretriculam villæ vehementer ardebat: cum qua nocte foledmi volutus, manè ad Missam Imperatoris aperta fronte assabat. Diffimulata scientia, mandat ei Cæsar, ut se pareat ad Evangelium, quòd ejus melodia delectaretur: erat enim Diaconus. Ille pro peccati conscientia, multis præstigiis subterfugere: Imperator contra nunciis urgere, ut probaret ejus constantiam: ad extremum prorsus abiit. Ego, inquit Cæsar, quia non vis parere mihi in tam facili obsequio, extorrem te totius terræ meæ præcipio. Clericus amplexus sententiam, abcessit continuo: missi pedisequi, qui cum persequerentur, ut si perseverandum putaret, jam urbem egressum revocarent. Ita cunctanter compilatis omnibus suis, & in sarcinulas compositis, jam profectum, magna que violentia retractum, Henrici præsentia susinuit. Qui lætus subridens: Probe, ait, fecisti, & gratulor probitati tue, quòd plus pendes Dei timorem, quam patriam; respectum celestis iræ, quam minas meas. Quapropter habeo Episcopatum, qui primus in imperio meo vacaverit; tantum indecenti amori renunties. *Vonhelm. Malmesbur. de gest. Angl. l. 2.*

* ECCLESIASTICUS HONOR DEBITUS, ET EXHIBITUS.

PRIMUM AB ETHNICIS. ALEXANDER Magnus, expugnata Gaza, Hierosolymam properè petiit. Jaddus verò Pontifex postquam hoc audivit, sollicitus hærebatur inops consilii, nec inveniens, quomodo Regem deberet excipere, iratum eò quòd antea neglexisset imperata ejus facere. Alexander enim scriptis ad eum litteris petebat adversus Dariam Persarum Regem auxilium, & ut fororum venum venallium præberet exercitui, ac ut quæ prius Dario conferre solent, nunc det Macedonibus, prælata eorum amicitia: fore enim, ut illum non peniteat. Cumque Pontifex nunciis respondisset, Sacramento se obligatum Dario, ne arma contra eum fumeret, idque ratum fore quamdiu ille viveret, iratus est Alexander, minatusque est mox se ducturum copias suas contra Pontificem. Ergo indictis po-

pulo supplicationibus, & immolatis Deo victimis, ad opem ejus e confugit, illi publicam salutem commendans. Proxima deinde post sacrificium nocte in somnis ei Deus apparuit, jubens, ut bono esset animo, & coronata urbe portas aperiret: utque populus in albis vestibus prodiret obvium; ipse verò cum reliquis sacerdotibus solenni cultu fu ordinis, securus de Dei providentia. Exprectus autem è somno, lætis civibus hoc oraculum indicat, & paratis omnibus, ut in somnis præmonitus fuerat, Regis adventum præstolatur: & cum renunciatum esset, eum jam non procul ab urbe abesse, progressus est cum sacerdotibus, & urbana multitudine, pompa quadam nova, & venerabili, usque ad locum, qui dicitur Sapha, que vox speculam significat, quòd ibi & urbs & templum in prospectu sit. Erat cum Phœnicæ, ac Chaldæi sperarent sibi licere, quiddam iratus Rex posset permittere, direptionem urbis, & Pontificis exquiritum supplicium, planè contrarium venit. Alexander enim ut vidit è longinquo candidarum populum, & sacerdotes ante agmen in amictu byssinum, Pontificemque in stola hyacinthina auro distincta, tiam in capite gestantem, cum præfixa aurea lamina insculpta Dei nomine: solus ad eum accedens, nomen illud adoravit, & salutavit Pontificem; Judæis autem omnibus uno ore Alexandrum consulantibus, & in orbem cingentibus, Syriæ Reges & reliqui obstupuerunt, vix credentes Regem mentis comitem: solus Parmenio propius accedens, rogavit familiariter, quid ita, cum ipse adoraretur ab omnibus, nunc adoraretur Judeorum Pontifex? At ille non hunc hunc hunc adorsè respondit, sed Deo, cuius est Pontifex, honorem eum exhibuisse. Hunc enim, inquit, vidi & antea hoc ipso habitu, cum adhuc essem in dio Macedonia, qui me deliberrantem, quomodo Asiam possem subigere, hortatus est forti esse animo, & sine mora exercitum trajicere. Nam suo ductu porturum me Persarum imperio. Quapropter, quia nunc primùm talem habitum vidi, agnosco hunc, & visionis memor, que me ad hanc expeditionem impulit, potè me non sine numine in Dariam exercitum ducere, & brevi fore victoriæ comitem: & sublato Persarum imperio, cessura mihi omnia ex sententia. Hæc locutus ad Parmenionem, & comiter complexus Pontificem, deducitque sacerdotibus, in urbem pervenit, & ascendens in templum, immolavit Deo, ex sacerdotibus præcepit, ac Pontifici quoque suum honorem exhibuit: ostenditque sibi Daniels libro, in quo Græcum quemdam Persas debellatum significat, hunc ipsum se esse interpretans, læus dimisit multitudinem. *Josephus l. 11. Antiq. Jud. c. 8. Joann. Zonar. tom. 3. Ann.*

A VIRIS SANCTIS.

Cum S. MARTINUS ad Imperatorem Maximum, ferocis ingenii virum, & bellorum civilium victoria elatum, & plures è diversis partibus Episcopi convenissent, & clauda circa Principem omnium adulatio notaretur, seque degeneri inconstantia regie clientelæ sacerdotalis dignitas subdidisset, in solo Martiano Apostolica auctoritas permanebat. Nam etsi pro aliquibus supplicandum Regi fuit, imperavit potius, quam rogavit; & à convivio ejus frequenter rogatus abstinuit, dicens, se mensæ ejus participem esse non posse, qui duos Imperatores, unum regno, alterum vita expulisset. Postmodum cum Maximum, se non spontè sumpsisse Imperium affirmaret; sed impostum sibi à militibus divino nutu regni necessitatem armis defendisse: & non alienam ab eo Dei voluntatem videri, penes quem tam H incredibilem eventum victoria fuisset, nullumque ex adversariis nisi in acie occubuisse, tandem victus, vel ratione, vel precibus, ad convivium venit, mirum in modum gaudente Rege, quòd id imperasset. Convivio autem aderant, veluti ad diem festum evocati, summi atque illustres viri, Præfatus idemque Consul Evodius, vir, quò nihil iniquum justius fuit, Comes duo summa honestate præditi, frater Regis, & patrus: medius inter hos Martini Presbyter accubatur: ipse autem sellula juxta Regem posita confederat. Ad medium ferè convivium (ut moris est) Patrum Regi minister obtulit illè sancto admodum Episcopo potus dari jubet, expectans, atque ambiens, ut ab illius dextera poculum fumeret. Sed Martinus ubi ebit, patrum presbytero suo tradidit, nullum scilicet extimans digniorem, quòd possit bibere nec integrum sibi fore, si aut Regem ipsum, aut eos qui à Rege erant proximi, presbytero prætulisset. Quod factum Imperator, omneque qui tunc aderant, ita admirati sunt, ut hoc ipsum eis, in quo contempti fuerant, placeret: celeberrimumque per omne palatium fuit, scilicet Martinum in Regis prandio, quod in infirmorum Ju-

A dicum conviviis Episcoporum nemo fecisset. *Ex eodem lib. c. 23. Baron. tom. 4. an. Christi 386. 21.*

LEONTIUS Tripolis Lydiæ Episcopus, natione Mylius, animo fuit ingenio adversus omnes, & ore libero. Quodam tempore Concilio indicto, cum Eusebia Constantii uxor, superbia elata, ab Episcopi adoraretur, vitas eam adulationem aspernans, domi mansit. At illa irritata, & animo inflammato, mitis ad eum expulsum, pollicitationibus etiam hominem alienis: se Ecclesiam illi maximam extructuram esse, & affatim pecunias præbituram, si se conveniret. Cui ille hoc modo respondit: Istorum quidem si quid Imperatrix exequi volueris, non tam mihi te scito, quam animam tuam gratam facturam. Si me verò ad te venire volueris, debita Episcopi reverentia conservata, ut ego quidem ingrediar, tu autem statim de sublimi isto folio descendens, reverenter mihi obviam procedas, & caput meis manibus supponas, benedictionem acceptura: ac deinde ego sedeam, tu verècundè adites, cum iussuro, signo dato, sessura. Si ha inquam, tibi conditiones plauerint, veniam ad te: fin alio modo: non tam multa dabis, tam magna non poteris, ut non honore Episcopos conveniente neglecto, divinum sacerdotii institutum violemus. Qua cum renunciata essent, exaruit iracunda mulier, non ferendum rata Leontii responsa: & vehementer commota, & multum conquesta, multumque muliebri bile, & levingio minuita, rem marito exponit, eumque ad supplicium de illo sumendum instigat. Is verò ingenium Leontii animum magis laudat: placataque ira, uxorem in gynæceum ablegat. *Evide historia in Leontio, pag. 526.*

De sancto FRANCISCO Minorum parente scribunt aliqui, dicere eum solum, si cui Sanctorum è caelo in terram delapsus, & cum illo simul sacerdoti fortè occurrisset, prius se sacerdotis manibus osculum daturum, deinde reverentiam facturum Sancto: plus se debere illi significans, qui Christi in terris vicem gereret, quàm illi, quem jam cum Christo in caelis regnare cognosceret. *D. Bonavent. in vita ejus cap. 4.*

Ferunt in narrationibus Patrum, vidisse Laicum quandam suis oculis sacerdotem Ecclesiæ, quam frequenter ab, in crimine adulterii deprehentum; adific eum tamen fidenter, & absque ulla dubitatione, cum postero die sacrificaret, ut ex manibus ejus factam Eucharistiam acciperet: postquam verò accepisset, petiisse ab eo, ut frontem, quam habebat leprosam, cruce signaret. Quod cum fecisset, lepram quidem tanquam squamam excidisse, frontem verò sanam & nitidam apparuisse. *Franciscus Turrianus lib. 2. de Hierarch. ordinationibus ministrorum Eccles. Cath. cap. 24. ex lib. 2. Theopleti Episc. Philad.*

AB IMPERAT. ET REGIB. CHRISTIANIS. Legem nisi Constantinus Imperator (si credimus Theodoro) qua decessit, plurimum honoris deberi hominibus in Sacerdotali dignitate constitutis, interitum interminatus horum insectatoribus. *Theodororus lib. 4. c. 12. & 11. hist. Eccles. Vide Bred. lib. 5. c. 68.*

JUSTINIANUS Imperator judicans Sacerdotum primas tenere, & in honore ab Imperatoribus etiam ipsis sedulo habendum, ita præfatur: Maxima quidem in omnibus sunt dona Dei à summa collata clementia, Sacerdotium & Imperium: illud quidem divinis ministrans, hoc autem humanis præfidens, ac diligentiam exhibens: ex uno eodemque principio utraque procedentia humanam exornant vitam. Ideoque nihil sic erit studiose Imperatoribus, sicut Sacerdotum honestas, cum utique & pro illis ipsi semper Deo supplicent. Græcè pro Sacerdotum honestate, habetur, si *isti ipsius equivocis*: hoc est, Sacerdotum majestas, auctoritas, veneratio, reverentia, ac gravitas. *In l. Nossemp. de Episc. & Cleric.*

Si stulta illa & superstitiosa deorum cultus antiquitas, nescio quid divinum in Sacerdotibus Flaminiibus suis inspicata, summo eos honore ac veneratione prosequatur: quis miretur eundem nunc impendiis, quos Deus ipse, tanquam operis sui vicarios, Sponicæ sepe perperos protectores, constituit Ecclesiæ ministris? Quorum honorem reverentiamque ita in omnibus tendam exitum abbat jam tertio memoratus Constantinus, ut illorum vitam detrectantibus, aures clauderet, diceretque: Si in Episcopatum aut Monachum fornicentem incidisset, subulsiem chlamydem, eaque impoluitum, ut à nullo oculo videretur. Sciebat autem prudens Imp. talium delicta, levi & maligno populo magnum ad vitia præbere incitamentum. *Sur. tom. 1. de S. Ioan. Eleemo. & refert L. Beyerlinck in Apophlegm. Christianis.*

Cum ad Philippum I. Galliarum Regem deferretur, Ecclesiasticos nimis læte sive jurisdictionis limites extendere, ac crebris Regi præjudicare, respondit: Credo, rem quandoque se ita habere: at memor beneficiorum Dei, malim auferri mihi jura mea, quàm cum servis Dei litigare, aut cum Ecclesia contendere. Ita ille olim: nunc autem sola ea spolia iusta reputantur, quæ Ecclesiæ, ejusque ministris, quovis tandem modo detrahuntur: ita ut nostri sæculi pseudopropheta, pro concione non erubescant populo annuntiare, præcepto de non furando, Ecclesiasticorum proventuum rapinas non vetari. *Ex Joann. c. 93. Beyerlinck supra.*

Eodem in regno & virtute successor Henricus II. cum Lutetiam more Majorum ingressus, publico epulo in palatio exciperetur, ambigerentque Ecclesiastici & seculares Principes, quinam dextram sinistramve Regis clauderent: Meam, inquit Rex, dexteram Ecclesiæ dedi, dedicavique. Jus sique, Ecclesiasticos Principes, non sine multorum fremitu, ad dexteram suam accumbere. *Lud. Avel. ex Annal. Franc. Beyerlinck ibid.*

Quin de eodem memorat Surinus in vita S. Anthonii Archiep. Colon. quòd nunquam regio diademate insigniri se passus fuerit, nisi accepta benedictione sacerdotali.

Anno Domini 464. Leo Augustus, Deamicos plurimum colens, præ cæteris veneratus Danielem Syllitanum, cum Gennadio Patriarcha invisit. De quo hac Auctor in ejus actis: Cum, inquit, non ingentes, qui sunt imperii, sumpsisset spiritus: sed didicisset, quantum sit virtus imperio præstantior, ipse quoque Imperator ad eum ascendit, super columnam videlicet; & perinde ac si regium factum ac supercilium reliquisset inferius, se quidem humi prosternit, tangit sacros pedes, quasi hoc faciendum magis honoraretur, quàm quòd esset Imperator; quos cum tetigisset, impletur admiratione; erant enim illi pedes valde tumentes, & scatebant ulceribus.

Tunc etiam Imperator donat eum basi geminarum columnarum, quas ipse possit, duplicem etiam columnam nominans, *Ex actis Daniels apud Surinum 11. Decembris. Bar. tom. 6. an. 464.*

* CONTRA ECCLESIASTICORUM PERSECUTORES, INSIDIATORES, ET DESPECTORES, poena à Deo inflicta. Eorumque interitus tragici. EXEMPLA. S. SCRIPTURÆ.

JEROBOAM amoto antiquo & vero Dei cultu, constituens Sacerdotes de extremis populi, reprehendit à Propheta: in quem cum manum extenderet, mox aruit, nec nisi in oratione illius Prophetae in pristinum vigorem restitui potuit. *3. Reg. 13.*

Impia Regina Jezabel, qua occidit Prophetas Domini, & Eliæ mortem interminata fuerat, funesto interitu penas luit. *3. Reg. 19. 4. Reg. 9.*

ANDRONICUS Oniam Pontificem dolo occidens, postea purpura exutus, totamque per civitatem circumductus, in eodem loco, in quo Oniam interfecerat, occiditur. *2. Mach. 4.*

EXEMPLA HISTORICA. VETERA.

Anno Redemptionis quinquagesimo quinto supra millesimum, Victor Papa II. primo sui Pontificatus anno, horrentem planè passus est proditionem, cum ad ejus interitum immixtum est venenum (dicta pavendum) in sacrum calicem. Deus tamen duplici miraculo, ne Pontifex biberet, obstitit, & tanti sacrilegii auctorem detexit. Lambertus rem gestam sic describit: Huic, nempe Victori Papæ, Subdiaconus toxicum in calicem misit. Quem cum ipse post consecrationem elevare vellet, nec posset, à Domino causam facti inquisitus, cum populo ad orationem prosterneretur, statimque toxicator à damone arripitur. Ita igitur causâ manifestata, dominus Papa calicem cum sanguine Dominico cuidam altari justè includi, & pro reliquiis in perpetuum conservari. Deinde iterum cum populo tamdiu ad orationem prosterneretur, quousque subdiaconus à demonio liberaretur. *Baron. tom. 11. Annal. ad an. 1055. 28.*

Anno Christi millesimo septuagesimo quinto, contigit Papam Greg. VII. per immisionem Satanæ gravissimam pullari adversitate. Quidam urbis præfectus Romanæ, Cincius nomine, & generis claritate, & opum gloria eminens valde in tota Italia, multa in possessionibus Romanæ Ecclesiæ præter leges faciebat. Perlata ad Papam querimonia, cum eum sapienter modestè corripere, nec quidquam proficeret secreta correptione, tandem excommunicavit eum, arbitrans, hoc saltem modo improbitatem ejus coercedam fore. Hinc ille majori dementia efferatus, ipsa nocte Natalis Domini, cum armatis inopinatè irrut in Ecclesiam, in qua Papa vestimentis pontificalibus

A fiscalibus indutus, sacro altari astabat, Missarum solemniam celebrans, insequaque (quod dictum quoque nefas est) in capitulis ejus manu, multis contumeliis affectum, de Ecclesia protraxit, & priusquam vulgare per civitatem rumore populus frequentius auxilio concurreret, in domum quandam munitissimam abrupit. Fama tam atrocis facti totam illico replevit urbem: undique ad arma conclamatur. Divites & pauperes, nobiles & ignobiles, omnes uno animo accurrere, atque in ipso statim orientis fidei crepusculo domum Cenci oppugnare summa vi aggrediuntur: & nisi ille mali, quod imminerebat, haud improvidus, Papam dimittere maturasset, domum ipsam, peremptis omnibus, qui in ea erant, à fundamento evertissent. Papa interveniente, concitate multitudinis furor vix & agrè compressus est. Romani, quod factum fuerat, graviter nimis, & indignè ferentes, omnia, quae Quintii erant, tam intra muros, quam extra, ferro & igne demoliti sunt. *Lamber. Scalsburg. an. 1066. apud Baron. tom. 11. 1075. 33.*

JULIANUS Imperator impietatis frena laxans, una cum suis scurrarum more perulenter & contumeliose Sanctos infestabat, nullum genus convicii & probrī pretermittens in veracitatis professoribus. Absultis deinde conglariā sacerdotibus à Constantino Magno donata. Afcalonī & Gaza, quae sunt urbes Palestinae, primū virorum sacerdotū dignitate exornatorum, & mulierum perpetuam virginitatem professarum ventres discindunt; deinde replet hordeo; ad extremum eos porcis devorandos obijciunt. Scaetha item, quae est urbs ditioni gentis subiecta, Joannis Baptistae tumulum aperit; ossa tradunt igni absumenda, & eorum cineres passim dispergunt. Scelus autem ab illis in Phoenicia patrum, quis est, quæso, qui sine lacrymis possit commemorare? Nam Helio-poli, quae est urbs Libani finitima, execrabiles isti gentiles recordati facinoris Zyllo Diaconi, qui regnante Constantino, divino quodam zelo accensus, multa simulacra, quae in ea urbe colebantur, confregerat, non modo eum interfecerunt, verum etiam dissecto ventre, jecur ejus deglutare non sinit veritatem. Verum Deum omnia contemplantes hoc celare non poterant; sed debitas sui malefici poenas ei dederunt. Nam quoquoque illius sceleris labe inquinati sunt, primū amiserunt dentes, quia pariter omnes ad unum excidebant; deinde de linguas perdidērunt, quae puritudine labefactae, ex ore affluabant; postremo oculis orbati sunt: quorum calamitatibus verè pietatis vis acerbè predicata est. *Theod. Eccl. lib. 3. cap. 6.*

NANTINUS Comes Engolismensis, cum in sancta loca, in Heraclium Burdegalem Episcopum, alioque Dei ministros mala multa patrafset, ultimo ipse eloquio, quid pateretur ob scelera perpetrata, testatus est; ait enim Gregorius: Post paucos menses à supradicto morbo (peste scilicet, qua obierat Aufregildis Regina impia) Nantinus Comes corripitur. Qui nimia exultus febre, clamavit, dicens: Heu, heu, ab Heraclio Antifidii exurit: ab illo crucior: ab illo ad iudicium vocor. Cognito facinus: reminiscor, injustè injurias me intulisse Pontifici: mortem deprecor, ne diutius cruciar hoc tormento. Hæc cum maxima in febre clamaret, deficiente robore corporis, infelicem animam fudit, indubia relinquens vestigia, hoc ei ad ultionem beati viri venisse: nam exanimum corpus ita nigredinem duxit, ut putares eum prunis superpositum fuisse combustum. Ergo omnes hæc oblitusque, admittentur, & metuant, ne inferant injurias Dacerdotibus; quia ultor est Dominus fervorum sperantium in se. *Greg. Turon. libr. 5. hist. Fran. cap. 3. Baron. 7. ann. 583.*

Anno Redemptoris nostri quingentesimo septimo, quo tempore Alaricus Gothorum Rex vastabat omnia in Gallia, erat tunc vir laudabilis sanctitatis Maxentius Abbas reclusus in monasterio suo, ob Dei timorem, intra terminum Pictaviensem: cujus monasterii nomen lectioni non indidimus, quia locus ille usque hodie Cellula S. Maxentii vocatur. Cujus monachi cum hostium cunctum unum in monasterium cernerent propinquare, Abbatem exorant, ut de cellula sua egrediretur ad consulendum eis. Illoque demorante, hi timore percussū, cum aperto ostio produgant de cella sua. At ille in occursum hostium quasi pacem rogatum pergit intrepidus. Unus autem eorum evaginato gladio, ut in caput ejus vibraret, manus ad eum erecta dirigit, gladiusque retrorsum ruit. At ille ad pedes beati viri, veniam deposcens, sternitur. Quod videntes reliqui, cum timore maximo ad exercitum redierunt, timentes, ne & ipsi pariter intererent. Hujus verò brachium beatus confessor cum oleo benedicto contractans, im-

posito signo crucis, restituit sanitati, ejusque obtentu monasterium permanit illatum. *Gr. Tr. l. 2. c. 27. apud Bar. 10. 36. ann. 507.*

Ex cubiculariis Valentis Imp. quidam, qui sanctum virum Aphraatem propter animi temeritatem graviter tractaverat, in balneum confestim ingressus, ut Principi lavationem præpararet, mente captus, & in calidas aquas delapsus, ibi vitam finivit. Imperator aliquandiu expectans, & extubari eam mora tempus querens, alius causam ejus tibi inquisitum sibi renunciare præcepit. Qui cum & venisset, & omnia circumspexisset, illum in calidis undis morte frigida peremptum reperit. Quod ubi Imperator cognovit, opus id quidem petulantis Aphraati sancto illate injuriæ & contumelie esse, rectè arbitratus est. De impio autem dogmate eundem, iuxta indurati cordis Pharaonem, retinuit animum. *Nicoph. Call. hist. Eccl. lib. 1. c. 25. Theod. de Amatoribus Dei c. 26. Joan. Nauv. vol. 2. gen. 13.*

Nisibis est civitas in confinio regni Romanorum & Persarum, quæ olim Romanis erat vespertalis, & eorum parebat imperio. Ex ea ortus magnus ille Jacobus, solitariam vitam amplexus venit in Persidem, visurus plantas veræ religionis, & Feci, quam par erat, curam adhibiturus. Cum is autem fontem transiret, Puella quadam, quæ pannos lavabat, & vestes pedibus emundabant, ne novum quidem, & qui decentem præ sese ferebat gravitatem, sunt reveritæ habitum: sed exuto pudore, & perfricta facie, & impudentibus oculis divinum hominem aspiciant, neque capita operientes, neque vestes, quas succinxerant, demittentes. Hoc cum agrè tulisset homo Dei, & vellet, Dei virtutem in tempore ostendere, ut factis miraculo liberaret eas ab impietate, fontem quidem est exccratus, & fluentum confestim evanuit. Puellas quoque est exccratus, & impudentem earum juvenitum castigavit, canis ante tempus inducitur: & sermonem factum est consecutum: mutanturque est nigror pilorum, & similes evaserunt nuper plantatis arboribus, quæ verè circumtectæ sunt foliis autumnalibus. Hæc autem cum sic sensit supplicium (nam & fontis fluentia effugerant, & sita invicem capita intrantes, videbant repentinam illam mutationem) cursum ad urbem contenderunt, renuncianturque illud quod acciderat. Illi autem cum accurrissent, & magnam Jacobum offendissent, rogaverunt ut iram compeceret, & supplicium remitteret. Ille autem non diu cunctatus, Domino quidem preces obtulit, fluentia autem rursus secare iussit. Illa verò mox rursus à suis emanant penetrabilibus, iussu derivata nubibus. Illi autem cum hoc impetrasset, petebant, ut filiarum quoque sitarum crinibus color suus redderetur. Ajunt autem, cum hoc quoque concessisset; requisisse autem puellas, quæ illam acceptam disciplinam, & quoniam non venerunt, reliquisse supplicium, documentum temperantiae, & argumentum moderationis, & divinæ virtutis perpetuum & evidens monumentum. *Theod. in hist. SS. Pat. c. 1.*

Recentiora sunt quæ subjunguntur. Joannes Federicus Saxonie Dux, armata manu in aciem adversus Carolum V. Cæsarem Max. progressus, cum omni exercitu delectis funditis, vulnere quoque deformis & captus, se Ducatu & Electoratu abdicare compulsus fuit.

HENRICUS VIII Angliæ Rex, qui se ab Ecclesia Catholica separavit, ut à legitima uxore divertere, & Annam Bolenam Elisabethæ reginæ matrem, superinducere impune liceret, eandem Annam, turpissimè adulterii convictam, paulo post capite truncari iussit. Postmodum ut pro libito duxerat, dimisit, repudiavit, necarat, varias uxores & amicos, tanto tandem conscientie tormento ob iniquitates à se perpetratas excruciatum est, ut ter Pontifici Maximo reconciliari studerit; id tamen, majori supplicio fortasse reservatus, perferre non potuit: sed maximo animi macore, & conscientie cruciati victus interit. Et illius etiam, qui nullo divino motu tunc, testamenta & ultimas tot sanctorum hominum voluntates irritaverat, testamentum, priusquam membra ejus morte dirigerent, regnum & adulterium est: quin etiam progenies ejus omnis & soboles jam penitus est extincta.

THOMAS Cromwellius primus huic regi author extiterat confessor, ut sanctæ Ecclesiæ auctoritatem impugnet, & se supremum Ecclesiæ caput constitueret, & tot sacrilegia committeret, cum legis custodiam condendæ inventor & promotor fuisset, quæ cautum erat, ut quicunque prodicionis accusaretur, nulla admilla exultatione, aut responsione, condemnaretur & necaretur; primus omnium fuit, qui hujus legis decreto interfecit, iussu ejusdem Regis, cui tamen confessor extiterat. Post obitum ejusdem regis Henrici, Eduardus Scamer,

Amer, Homeritanus Dux, regis Eduardi istius nominis sexti, Henrici filii tutor, regniq. protector constitutus est. Hic omnium primus Zwinglianum publicè introduxit, quem superior Rex inter omnes hæresis maximo odio prosequatur. Dux ille, quamvis regis junioris avunculus esset, eumque, & regnum gubernaret, sceltrum tamen accusatus, condemnatus, & capite truncatus est.

JACOBUS Comes Maroju, Jacobi ejus nominis quinti Scotiæ regis filius notus, qui non solum in necem Henrici quondam regis conspirat, sed & hereses tubatur, & rebellionem adversus reginam Mariam molebatur, quam & ex regno fugaverat, in urbe Litho (quamvis quingentis equitibus stipatus & munitus esset) sclopeto, ipso meridie in plateis tractatus, interit: evasit tamen factotius ejus auctor. Hinc liquet, quam fit ejus qui tyrannum interficit, successus diversus ab eo, cuius aule scelerato probus princeps interimitur. Poltrovus enim, ille scilicet proditor, qui fortissimum principem, illusterrimum ducem Guisium sclopeto confixit, & interemit, quanquam tanta opportunitate id percipisset, ut effugeret; Dei tamen iudicio postero die in ultisses manus incabatus incidit, captivus, supplicio quod meruerat, est affectus.

JACOBUS DOGLAS Comes Mortonus, in eodem Scotiæ regno insignis hæresium defensor, & Catholicorum persecutor, tante potentia fuit, ut regem adolescentem regnumque ejus gubernaret. Is tamen fumæ prodicionis multis modis accusatus est, præcipue verò, quod in nempe patris moderni regis, à quatuordecim elapsis annis commisit, consensisset. Item quod regem jam regnantem in Angliam traducere pepigisset, ac scelerum horum convictus, ab optimatibus regni mortis adjudicatus, & Edemburgi secuti percussus est.

CONDITUS Princeps ad hæresim tuitionem arma ferens adversus Christianissimum Galliarum regem, in ipso juvenutis flore, in acie cæcis interit.

GASPAR Colligetus, Galliæ Archiatralis, postquam longa & aperta rebellione hæresis tutans esset, & plurima horrenda crudelitatis genera edidisset, Regem tandem eum durissimas pacis conditiones compulsi; tanta deinde pompa tantoque apparatu in regiam Parisiensem invehctus, ut Rex ipse, non subditus videretur, paucis post diebus, accephalus, & caudæ equinæ alligatus, per plateas Parisienses, ab omnibus publicè raprari visus est, & patibulo denique affigi.

Dominus de MONTGOMERI, cum arpta fuga ex cæde Parisiensi in Angliam salvus evasisset: inde in Normandiam novissimus viribus irrupit, & castellum quoddam stratagemate in potestatem redegit; in regis recuperato, captus, Parisios missus, ibidem capite luit, ut quoque partes disfectus.

LUD. NASSOVIVS, Gail. Auriaci Principis frater, Geutiacæ rebellionis auctor & factor præcipuus, in provinciis Belgicis, cum amisso in agris Mollenibus prelio, in casulam quandam, ut se servaret, confugisset, ea foruito casu accensa, vivus combustus est.

Eodem in prelio itidem perit frater ejus Henricus, ut & paulo ante in Frisia, frater alter Adolphus.

GUILIELMUS Lumerus, Marchiæ Comitem fe jacitans, reverà tamen Guilielmi Auriaci Principis camifex, post Religiosos, Presbyteros atque alios Catholicos plurimos atroci morte, iussu ejus, peremptos, in Hollandia, Zelandia, aliisque locis, tandem ex molossi Anglicani, quem educarat, mortu, rabie & insania correptus, Leodii vita miserè defunctus est. De cujus infami vita & morte, consule *Hist. Marc. Gorcomiensium Guilielmi Estii, Duaci 1603. editam, & opus Chronogr.*

GUILIELMUS NASSOVIVS Princeps Auriacus, Belgicarum calamitatum auctor, dum populum supremæ rebellionē ad arma adversus regem suum stimulando concitat, plurima sacrilegia, homicidia, perjuria, prodicionis, & infinitas alias iniquitates favore & consilio suo fovit; neque trium fratrum suorum, neque multorum millium, ob eandem causam interfectorum, infelici obitu: nec duobus mortiferis, in ipsummet antea intentatis conatibus, moveri aut converti potuit; sed tanquam obduratus Pharao in rebellionē persistit. Et cum animi adeo vils & abjecti in insania sua caussa esset, ut nunquam fe aperto Marte adversus Hispanos committere audeat, sed perpetuè in oppidum aut provinciam quam muniam, & à periculo longè femotam ac securam fe subduceret: tandem tamen deprehensus est, & Delphis in cœnobio D. Agathæ, cui Com. Musus præfatur, sclopeto lectus, vitam finivit, anno 1584. Ex *apud pendice Theatr. Crudele tam Hæretic. nostri temporis impressi anno 1604. apud Adrianum Huberi, Antverpiæ.*

Annum, mensē, & diem, quo cædes hæc patrata, expressit E. Laur. Beyerlinck in opere suo Chronographico, hoc veru.

av. 1a CV. de C. I. Mas. C. Lepotral. de C. V. IV. LII.

De Lph. ob. It. Beas. V. Ie.

Que fors maneat Fredericum Palatinum Comitem, qui nuper Romanum Imperium spe devorabat, & Catholicæ religionis superstitis reliquias Lemanicis lacus impuro gurgite obnare laborabat; sumpto pueriliter Regni Bohemiæ diademate, quod tandem capite exultum fuit; decurrens temporum series deorbit. Hactenus enim temeritatis & arrogantia sine prenas deorbit, non uno prelio victus, bonis, & Electoribus prerogativa exutas, apud Batavos profugus & nutritus factus. Certe Ecclesiæ inftar palme affurgit altus, dum premitur, ut cui à Domino promissum: Et portæ inferi non prævalebunt adversus eam.

Vide supra: Successus prosperi illorum qui Ecclesiam defendunt.

ECCLESIASTICA DIGNITAS.

Quere Titulum Dignitatis, & Dignitas Ecclesiastica. Item locum. De Sacerdotibus. Requiritur etiam Tit. de Beneficio Ecclesiastico.

POENÆ IN IMMINVENTES ECCLÉSIAE IVRA.

Auctoritatē Rom. Pont. ejusd. Pastoris, alias, immunitates. Imperium Occidentale aliis distributum est ob eandem causam, quæ Deum movit, ut Asyriorum regna ad Medos ac Persas transferret, quod Balthaf. rex vasa sacra polluere ausus esset.

Nam magna CONSTANTINUS Ecclesiæ Catholicæ & Episcopis, in primis autem Pontifici Rom. olim fuit largitus: immiserunt illa, & penè omnia sustulerunt Constantinus I. ex Imp. hæreticis, ac Julianus successores (licet quod ad Ecclesiam Romanam attinet, nihil contrarium contulerunt. De infelici exitu Constantii sic *Ammianus Marcellinus* (postquam multa de infelicibus preliis à Constantio cum Periarum rege commissis differuisset) Urente nimio calore venas, ut ne tangi corpus ejus posset, in modum foculi fervens, cum vultu defecit medicarum, ultimū spirans deiebat exitum, &c. deinde jam anhelum pulsatus lethali, diuque cum anima colluctans jam discessura, abiit è vita.

Post Constantium JULIANUS in prelio adversus Persas, sagitta, incertum à quo emissa, percussus occubuit. Joviniano in ipso imperii initio defuncto subrogatus est Valentinianus, qui imperii consortem sibi adiecit Valentem fratrem Arianum, mox etiam filium Gratianum. Tribus hæc imperantibus, lex lata Ecclesiæ omnino damnosa & prorsus iniqua; hi namque tres constituerunt: Ne quid viduis, Clericis, aut Ecclesiæ posset legari. Atque haud multo post Valentinianus infeliciter admodum, ut scribit Ammianus, moritur, seu miserè deccidit, repentina ira inflammatus & atrocissimè excruciat. Succellit illi Gratianus cum Valente, rursūque imminuta Ecclesiastica jura: Statutum namque, sacerdotis criminum reos ad illicitas potestates trahi posse. Valens à Gothis fuis cum toto exercitu, in nigrurium se abdidit, ibique ab hostibus est concrematus. Gratianus à Clemente Maximo occisus.

Anno 391. à Valentin. Juniore confirmatum adversus Ecclesiæ jura: Ne quid à diaconis legatur clericis aut Ecclesiis: diaconis non heret, nisi post annum 60. qui secus fieri permitteret, Episcopus dignitate moveretur. Item: Ne monachi in urbibus morarentur, sed in vastas solitudines fe abderent, neque redirent, nisi ad iudicium vocati. Atque anno sequenti idem Valentinianus apud Viennam laqueo suffocatur ab Arbogate.

GRATIANUS ergo & hic Valent. miserè interfecit sunt, conficio imperio, nullis etiam liberis, ad quos illud transmitteret, relichis.

Quia HONORIUS imperium Occidentale à patre (Theodosio) accepit, cum puer anorum 15. esset, Stilicho omnia est moderatus, ut Theodosius pater instituerat. Consilio ergo & voluntate Stilichonis jura Ecclesiastica maxime diminuta sunt: inprimis autem statuit Honorius ann. 399. ne Episcopus cognoscere posset, nisi causas religionis: & an. 398. ut quisquis ad templa confugisset, quocunque de causa, ab Alarico tamen graviores solvaret: ne clerici nisi è monachis eligerentur, &c. utque is clericorum numerus adsciberetur Ecclesiis, qui possent è fructibus Ecclesiarum pendere tributum. Ideo iusto Dei iudicio anno 400. Alaricus Gothorum Dux Dalmatiam, Pannonias, Epirumque sædissimè vastavit, usque ad Alpes Julianas, & anno 401. Italiam usque ad Thuciam victo & fugato Stilichone, & anno 406. Vandali & Alani trajecto Rheno Gallias sunt ingressi. Constantinus in Britannia per factionem creatus Imper. Gallias occupat, casus Honorii ducibus, Hispanos sibi adjungit, & imperium tenuit in his locis usque ad Annum 413. Vandali præterea Africanam cepere

A **cepere** an. 402. quo item tempore Roma ab Alarico capta est & direpta: Et Stilicho de mandato Honorii interemptus est. Hoc sublati, Honorius anno 413. quamvis non omnia, multa tamen Ecclesiastica potestati restituit. In primis sanxit, ne prædica Ecclesiastica tributis ullis onerarentur, nisi visum fuerit Imperatori, ut præstetur aliquid de fructibus, ubi omnes conferunt ob aliquam repentinam necessitatem: præterea ne clerici nisi apud Episcopos acculerentur. Ex eo non nihil res ejus melius processerunt. Gothi, Vandali, & Burgundiones assignatis sedibus (Gothis & Vandalis in Hispania, Burgundionibus ultra Rhodanum) contenti, se illius imperio subjecerunt: ab his tamen gentibus in hæc loca distributis Imperio Occidentali compedes sunt injectæ, ut in illud possent inturgere, cum vellent; quod fecerunt.

A **VALENTINIANO III.** sicut evergæ sunt Ecclesiastica jura, sic Imperium Occidentale eversum penè funditus; ipse vero miserabiliter à Maximo, cuius uxori vim intulerat, interfectus est. Cum constitueret, ne Episcopus ullius haberet iudicium potestatem, neque in ipsos clericos, nisi clerici in ipsum compromittant: si quis è clericis litigantibus dissentiat, ad eundem iudicem profanum: clericos à laicis ad iudices profanos trahi posse, presbyteros quoque & Episcopos; multaque alia in detrimentum sacra potestatis: Eodem anno Attila irrupens in Italian, subvertit Aquileja, cunctas Gallia: Caisalpinae & Amilæ urbes diripuit, ac vastavit: crudeliora patrastræ, nisi occurrentes Padum Leo Pontifex, illum placasset. Genéricus autem Vandalorum Rex Romam direptionibus & incendiis deformat, innumeram captivorum multitudinem abducit, prædam ingentem in Africam refert.

Anno 1296. **PHILIPPUS** Pulcher exegit à clericis omnium bonorum centesimam, mox quinquagesimam. Bonificius monuit, ne id faceret, neve ipse Ecclesiasticas dignitates contra jus conferret. Nuncium Philippus malè accepit: Pontifex Joannem Cardinalem Gallum misit, qui Regem ad meliorem mentem placidè reduceret. Rex eum mandat custodiri, venturaque ne quis cum illo colloquatur, literas ab eo accipiat, civè reddat. Bonificius eum per literas excommunicatum declarat, tabellarium in vincula Rex conjecit, Bonificius subiectos obedientie juramento solvit. Quocirca Rex iratus, tandem clam misit, qui Pontificem Anagninè comprehenderent: ii mandata fecere, Anagninè adducta in potestatem, Pappam in sua domo in custodia detinuerunt, donec paulò post ejectione anno 1303. Hic igitur Philippus Flandriam vivens amittit, exercitumque florentissimum prælio commisso; Britanniæ Gallicanæ coactus est Angliæ Regi restitueret. Tres ejus natus impudicus coactus, adulteris ultimo supplicio affectis, regiam familiam detecore adperferunt. Ipse dum venaretur, apro intrante dejectus equo, vita migravit: peste ac fame Gallia vexata. Dantes hunc vocat ob hæc Franciæ pestem.

Anno 1378. creatus est Pontifex Romæ **URBANUS VI.** qui cum vehementer videretur in oburgandis Cardinalibus & Episcopis, Galli post aliquot menses elegerunt è suorum numero quendam, quem Clementem dixerunt. Quia Franciæ Rex Carolus VI. hoc dissidium fovit, ejectione in exilium doctioribus quibusque ex universitate Parisiensi, & sapientioribus regi, in insaniam cecidit, captusque & abductus est à Philippo Burgundo in Angliam ad inimicum Regem: tota penè Gallia ab Anglis adducta in potestatem, civilibus autem bellis miserè deest dilaniata. Hunc Carolum VI. nonnulli scriptores miserimum sui temporis Regem vocant.

Imperium Occidentale, ac regnum Germaniæ Caroli Magni sive Pipini liberis divinitus est ereptum, quòd illi auferent sacrum sibi rerum administrationem malè arrogare, maximo Pontificiæ auctoritatis detrimento.

OTHO Magnus anno 936. conventu Episcoporum multorum Romæ habito, Joannem 12. Pontificatu deiciendum, Leonemque 8. substituendum curavit: ab hoc Leone ob colatam dignitatem ornatus est privilegio Pontificis Summi ordinandi, investituræque Episcoporum, atque Abbatum; atque hic quidem morte repentina est sublati. Otho II. anno 983. angore animique tadio (inquit Sigebertus) deficiens obiit. Tertius tabifico veneno consumptus, ut idem refert.

FRIDERICUS II. Imp. quia in animo habuit Pontificis Summi potestatem prorsus excidere, cum tota posteritate miserè omnium periret: ipse namque à Manfredi filio est strangulatus: ejus filii, Entius à Bononiensibus victus & captus, caveaque ferrea inclusus obiit; Conradus à Manfredi

fratre occisus venenato clystere: Manfredus ipse à Carolo, qui E Divi Ludovici frater fuit, in prælio peremptus: Conradus Conradi filius ab eodem Carolo captus, & in publica platea Neapoli securi est percussus.

LUDOVICUS Bavarus etiam in Pontificem iniquus in venatione repente ex equo cecidit, ac humi gravissimè allisus, protinus animam emisit; cum venenum bibisset ab amantissima (seu quom maxime adamabat) muliere danam. *Legatur T. Bozium de notis Ecclesiæ signo 95. cap. 2.*

*** USURPATI JUDICII ECCLESIASTICI**

Quam sobriè quàmque modestè rebus se immiscere Ecclesiasticis Christiani principes debeant, magnum in exemplum cunctis esse potest Imperat. Justinianus. Nam cum hic ut laicos, uniuque ex ovibus gregis, doceri regi que deberet, immunitas sibi arrogabat docendi atque sacra regendi; neque patiebatur, cum opus esset, ab auctoritate habente erudiri & gubernari; ideoque jam senex, imprudens in hæresis barathrum seipsum precipitem demit. Rectè S. Ambrosius: Si vel Scripturarum seriem divinarum, ait, vel vetera tempora retractasset, quis est qui abnuat, in causa fidei, in causa, inquam, fidei, Episcopus solere de Imperatoribus Christianis, non Imperatoribus de Episcopis iudicare? Et: Legem tuam nollem esse supra Dei legem. Et: Imperator bonus intra Ecclesiam, non supra Ecclesiam est. Et: Noli te gravare Imperator, ut pures te in ea que divina sunt, imperiale aliquod jus habere. Noli te extollere. Sed si vis divinitus imperare, esto Deo subditus. Scriptum est: Que Dei Deo, que Cæsaris Cæsari: ad Imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotem Ecclesia. Justinianus verò licet compositum à prædecessore Justino pacem inveniret, fidemque Catholicam stabilitam, undique compressis hæreticis; tamen que facti sacerdotum, nisi nimirum arrogat, & Pontificum partes usurpat, pacem profligat, fidemque in discrimen sæpe adducit, atque tandem penitus labefacit. Ubi semel pacis & concordie Ecclesiasticæ invidiam velamento cepit cum hæreticis habere consuetudinem, quos procul pellere, & more Catholicorum Imperatorum in exilium mittere debuisset, planè accidit, ut eorum venena minis cautè vitari; dumque adversantes sibi Romanos Pontifices adversari cepit, & persequi, factum est, ut tum majorem fiduciam conciliaret hæreticis, tum etiam adversus eos clamantium ora orthodoxorum obtulxerit, ex quibus partes hæreticorum reddidit fuerunt firmiores. Quemadmodum verò donec Catholicus fuit, felicissimè imperavit (ita ut Italian, African, aliasque multas provincias Romano imperio restitueret: ita ubi hæreticis factus est, & edictum proponere voluit de sua hæresi recipienda, mox repentina morte sublati est; & Ecclesiam magno metu liberavit. *Evang. lib. 4. cap. ultimo, & cap. 16.*

HERACLIVS quoque Imp. Anno Christi 629. suo magno malo se immiscuit in dogmatibus Ecclesiasticis decernendis; nam quasi veritatem defendens, penè neciens in profundum lapsus est hæresis, qua infelix præclare partem tot victoris gloriam obscuravit. Dum Catholicus esset, præclarissimam victoriam de Peris reportavit, & Crucem Domini recepit, quando res Romanæ deperare omnino esse videbantur. At cum in hæresim incidit Monothelitarum, omnia illi infeliciter successerunt, & ipse novo atque inaudito morbi genere extinctus est. *Zo-H naras.*

ECCLESIASTICÆ CEREMONIÆ.

Vide Tit. particularem de Ceremoniis.

ECCLESIASTICUS CANTUS.

Require in Tit. de CANTV. Hoc loco tamen nonnulla propria addemus.

EX SACRA SCRIPTURA.

In historia Regum legitur Pfalter David spiritum malum à Saule sine citharæ sono profligasse. *1. Reg. 16.*

Deus approbavit cantum: Cum Elias à Josaphat consuleretur, justit ad se adduci cantorem. Quo canente, facta est statim super eum manus Domini. *4. Reg. 4.*

EXEMPLA HISTORICA.

Cantus Ecclesiasticus inter alia, etiam fuit causa conversionis ipsius Augustini: cum enim aliquando in Ecclesia Mediolanensi cantus suavitate audisset, ita de seipso scribit: Quantum flevi in hymnis & canticis tuis, suave sonantis Ecclesiæ tue vocibus commotus acriter! Voces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meum, & ex ea fluabat affectus pietatis, & currebant lacrymæ, & benè mihi erat, cum

A **cis.** *Et lib. 10.* Adducor, ajebar, cantandi consuetudinem approbare in Ecclesia, ut per oblectamenta aurium, infirmorum animus in affectum pietatis assurgat. *August. lib. 9. Conf. cap. 9.*

Cum Justina Imperatrix, Valentiniæ pueri mater, ab Arianijs seducta, Ambrosium Episcopum persequeretur, tunc, inquit Augustinus, exultabat pia plebs in Ecclesia morti parata cum Episcopo suoervo Dei; tunc Hymni & Psalmi ut canerentur, more Orientalium partium, ne populus metoris tædio contabesceret, institutum fuit; & ex illo tempore in hodiernum retentum, multis jam & penè omnibus gregibus & per cætera orbis imitantibus. *Idem August. lib. 6.*

In villa Victoriana non procul ab Hippone, memoria Martyrum est Mediolanensium Gervasi, & Protasii: Ed portans est quidam Adolefcens; qui cum die medio, tempore ætatis equum ablueret in fluminis gurgite, demomon incurrit. Ibi cum jaceret, vel morti proximus, vel simillimus mortuo, ad vesperum illuc Hymnos & Orationes cum ancillis suis, & quibusdam sanctimonialibus ex more domina possessionis intravit, atque Hymnos cantare cepit. Quæ voce ille percussus & excussus est, & cum terribilis fremitu Altare apprehensum movere non audeas, five non valens, tanquam cõ fuerit alligatus aut affixus, tenebat: & cum grandi ejaculatu parci sibi rogans, confitebatur, ubi adolefcens, & quando, & quomodo invaleret. Postremo se extirum esse denuntiavit, membra ejus singula nominabat, que se amputatum extens minabatur. Atque inter hæc verba defecit ab homine. Sed oculus ejus in maxillam suis, tenui venula ab interiore quasi radice pendebat, totumque ejus medium, quod nigellum fuerat, albificaverat. Quo viso, qui aderant: concurrerant autem etiam alii vocibus ejus acciti, & se omnes in orationem pro illo straverant: quamvis cum sana mente stare gauderent, rursus tamen propter oculum ejus contristati, medicum querendum esse dicebant. Ibi maritus sororis ejus, qui cum illo deulerat: Potens est, inquit, Deus sanctorum orationibus, qui fugavit demomonem, lumen ei reddere. Tunc, sicut ponit, oculum lapsim atque pendentem, loco suo revocatum ligavit oratio; nec nisi post septem dies putavit esse solvendum. Quod cum fecisset, sanissimum invenit. *Idem August. lib. 22. de Civ. Dei, c. 8.*

S. **AMBROSIVS** olim Mediolani, cum Ariani suis Psalmis & hymnis multos pervertent, illos hymnos composuit, quibus Ecclesia utitur in officio; quibus & revocavit populum ab Arianijs ad Catholicam Ecclesiam. Qua de re conquerenti Auxentio Episcopo Ariano sic respondit: Hymnorum quoque meorum carminibus deceptum populum serunt. Planè nec hoc abnuo. Grande carmen istud est, & quo nihil potentius. Quid enim potentius, quam confessio Trinitatis, quæ quotidie totius populi ore celebratur? Certatim omnes student fidenter, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum norunt verbis predicare. Facti sunt igitur omnes magistri, qui vix poterant esse discipuli. *D. Amb. conc. de Basil. non tradendis hæret.*

HARMONIVS Bardefanis, qui nominis sui hæresim infirmuit filius, Græcis disciplinis satis eruditus, patris vocibus legitimis modis musicis numeris inclusis, ordine circulari eas cani instituit: quæ ex eo tempore huculque Syri passentes usurpant: non illi quidem carminibus ipsis, sicuti sunt ab illo prodita, sed sonis tantum eorum utentes. Nam ille ad paternam delapsus hæresim, eademque cum Græcis de anime & corporis interitu, necnon de futura generatione opinatus, ejusmodi doctrinas lyricis modulis aspersit. Ceterum Divus Ephrem ea re cognita, quamvis Græcarum artium expertus, Harmonii numeros moderatus est; atque ejusdem modulis, carminibus Ecclesiasticæ sententiæ consonis adjectis, Syris ad hoc usque tempus ea canenda dedit. Nam divinos hymnos plurimos, quibus Deum in primis celebrat, & laudes præterea virorum, qui ex instituto Deo placere, canit, ac Harmonii carminum leges composuit: à quibus, ut equidem puto, per emulationis ardorem, posteriores Ecclesiæ cantores modularum formulis mutuari, magis etiam atque magis augere atque propagare eas sunt aggressi. *Niceph. Cal. hist. Eccl. lib. 9. cap. 16.*

De quodam fratre, cui canendi donum fuit divinitus concessum, vide venerabilem *Bedam in Histor. Gentis Anglorum lib. 4. c. 24.*

Populus Constantinopolitanus nocturnis matutinisque Hymnis maxima acritate incubuit, ex ejusmodi primium causa. Ariani sibi Theodosio sacris ædibus expulsi, extra urbis moenia Ecclesiæ conveniuntque suos agebant. Præsertim nocturno tempore in publicis porticibus congregati, atque in choros

suos segregati, carmina quædam alternis Antiphonarum modis sibi invicem respondentia, ad hæresim suæ placita accomodata, concinnè canebant, & noctem multam in ejusmodi psalmodia consumebant. Sub auroram autem publice eadem concinentes, extra urbem in ea, ubi Ecclesiæ habebant, loca procedebant. Faciebant id maxime solemnioribus festorum dierum temporibus, & prima eademque ultima hebdomadæ die, quam Dominicam vocamus: quibus temporibus etiam synaxes in Ecclesiis fieri solent. Postea verò cantus tales ad contentionem quoque instituebant. Ubinam sunt, dicentes, qui Trinitatem ejusdem substantiæ & ejusdem honoris colunt? Hæc & alia præterea ejusmodi verba carminibus aspergebant. Sed Joannes Chrysostomus ne aliqui ex Ecclesia sua ejus generis cantibus demulsi, ab illis seducerentur, ad eundem modum contra illos Psalmi modam suam instituit. Et brevi ea celebrior, quam adversariorum esset, facta est, ut quæ & multitudine & honorifico progressu illos superaret. Nam eam crucis argenteæ cereos incensos habentes præbant, Eudoxia Imperatoris conjuge impensis ad eam rem præbente, quæ hoc Britioni cubiculo sui Præfecto injunxit, ut Hymnorum cantus procuraret; & ad eum unum quàm plurimum lucernarum pararet. *Quare Ariani ad emulationis ardorem perciti, ad vindictam se contulere, & manus cum nostris conferere sunt aggressi: unde non pauci utrimque ceciderunt: & ipse Brition cubiculariorum princeps in fronte lapide ictus est. Hac verò de causa commotus Imperator, tales Ariatorum processiones, sive conventus sustulit. Niceph. Cal. hist. lib. 12. hist. Eccl. cap. 8.*

Piæ & sanctæ cantiones non modò hæreticas, sed & impudicas exterminant; fit enim, ut populus, qui facile hæc delectatione privari non potest, dum occupatur pijs cantibus, contemnat, & obliviscitur impijs & vanos. Notat id accidisse in Indijs *P. Horat. T. Ursellin. in vita B. Francis Xaverii*: Quippe, inquit, hic mosita percrebuit, ut passim in scholis, in viis, in compitis, in tectis, agris, navibus, pro inceptis ac vecordibus cantilenis, Christianæ disciplinæ rudimenta juven-dissimè, & audiantur, & canantur. Quocirca jam usum venit, ut vix dum balbutientes infantes, carmina illa, magna ex parte precepta, cantitare gestant. *P. Horat. T. Ursellin. in vita P. Xaverii lib. 2. c. 30.*

THEODULIVS Aureliensis Episcopus, apud Ludovicum Imp. Ca. G. roli Magni filium falso à quibusdam suis amulis accusatus, ab eodem est Andegavis carcerali custodia mancipatus. Cumque Dominica in ramis palmarum, & in passione Domini, iuxta domum, in qua custodiebatur, processio de more transiret, ille fenestra aperta, factoque silentio, hos pulcherrimos versus à se editos, scilicet *Gloria, laus, & honor tibi sit, Rex Christus, redemptor; Cui puerile decus prompsit bosanna pium. Israel es tu Rex, Davidis, &c.* præsertim Imperatore cantavit. Cui in tantum placuerunt, quòd mox illum à vinculis absolvit, & Episcopatum ipsi restituit: atque eos versus hæc die in fine processionis cantari instituit. *Guicel. Durand. lib. 6. de avin. offic. c. 67. n. 6.*

Hæc industria usus est B. Franciscus Xaverius in re Catholica, ut haberet in vita ejus: Vir verè sanctus, humane salutis, quàm laudis avidior, novas jam subinde excogitans hominum juvenandorum rationes, ad omnia descendebat. Homo id ætatis, & auctoritatis, urbes, plateasque cum tintinnabulo circuibat; adeo; nihil quod Deo gratum, hominibusque salubre, sibi indecorum ducebat, & ad viarum compita subinde tali carmine incolarum pietatem excitabat: Fideles Christiani! H. liberos vestros servosque, pro vestra in Christo pietate, ad Christianam doctrinam dimittite. Ad hæc rei novitatem, maximi puerorum & mancipiorum, undique seie propientium, alio-tunquam hominum concurrente greges; quos ille omnes in adem B. Mariæ quasi agmine ductos, Cathedram modulans docebat, ratus pueros cantus suavitate delinitos, & libentius conventuros ad audiendum, & facilius illa tantum carmina memoriæ mandaveros. Quod utrumque rei evenus probavit, *lib. 2. vita ejus, c. 3.*

ECCLESIA MATERIALIS.

EVS instructio, Dotatio, Consecratio, Dedicatio, Immunitas, Ornatus, Prophanatio. Require in Loco de TEMPLIS.

*** Echo.**

Quid. Eiusque causa.

ECHO à verbo Græco ἠχώ, quod est resono, est vocis sonive repercussio. Fit autem, quando sonus incurrit in ali-quod corpus leve & concavum: in quo tanquam pila repul-sus, in aures resilit, ita ut exaudiri possit oblocutio. Hinc tor-nices,